



IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)





Photographic Sciences Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

CIHM/ICMH
Microfiche
Series.

CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.

Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadian de microreproductions historiques

© 1982

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- ☐ Coloured covers/ Couverture de couleur
- ☐ Covers damaged/ Couverture endommagée
- ☐ Covers restored and/or laminated/ Couverture restaurée et/ou pelliculée
- ☐ Cover title missing/ Le titre de couverture manque
- ☐ Coloured maps/ Cartes géographiques en couleur
- ☐ Coloured ink (i.e. other than blue or black)/ Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- ☐ Coloured plates and/or illustrations/ Planches et/ou illustrations en couleur
- ☐ Bound with other material/ Relié avec d'autres documents
- ☐ Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/ La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distortion le long de la marge intérieure
- ☐ Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/ Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- ☐ Additional comments:/ Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- ☐ Coloured pages/ Pages de couleur
- ☐ Pages damaged/ Pages endommagées
- ☐ Pages restored and/or laminated/ Pages restaurées et/ou pelliculées
- ☒ Pages discoloured, stained or foxed/ Pages décolorées, tachetées ou piquées
- ☐ Pages detached/ Pages détachées
- ☒ Showthrough/ Transparence
- ☐ Quality of print varies/ Qualité inégale de l'impression
- ☐ Includes supplementary material/ Comprend du matériel supplémentaire
- ☐ Only edition available/ Seule édition disponible
- ☐ Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/ Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
						✓					

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

University of British Columbia Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

University of British Columbia Library

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

100 printed

Nov 14

J. G. Shea

Ethnological Survey of Canada.

GRAMMATICA

LINGUÆ SELICÆ.

AUCTORE

P. GREGORIO MENGARINI,

SOC. JESU.

NEO-EBORACI,

1861.

PROŒMIUM.

Rudimenta linguæ Seliceæ nunc primum scripta traduntur. Idiomata indica a linguis scriptis et jam doctis toto cœlo distare, ex iis, qui vel paululùm inter Indos versati fuerint, nemo est qui neseiat. Cum igitur nova prorsus sit natura linguæ indicæ, novo etiam ordine in ea exponenda opus fuisset; verum, ni fallor, hoc nihil aliud fuisset nisi difficultati difficultatem superaddere, quin potius, ex eo ipso quod jam per se laborem præbeat, operæ pretium existimavi linguas notas ponè sequi, tum ut difficultatem lenirem, tum ut diversitas in comparatione linguarum primo intuitu deprehenderetur.

Quod ut etiam facilius obtineatur, totum opusculum in tres dividetur partes, quorum prima Rudimenta simplicia, secunda dilucidationes in Rudimenta, tertia verò Introductionem ad Syntaxim complectitur, ita ut facilioribus ad difficiliora gradus fiat, sicque erit ut neque memoria distentetur, neque voluntas despondeat.

Cuilibet regulæ concisè expositæ exempla pauca et brevia adnexi; curavi enim ut quam brevissimus essem, quin tamen perspicuitati obessem.

Licet autem pro viribus octo circiter annis huic labori operam naverim, atque ex iis, quæ mihi necessaria visa sunt, nihil admodum prætermiserim, plurima tamen certissime desunt

(neque enim octo neque octodecim sufficient anni ut linguam indicam vel unam Europæus intime noverit) multa etiam lapsu temporis mendosa forte deprehendentur; verum, vel quibus jam datum est, vel si aliis multis, quod in votis est, datum fuerit audire: "Ite et vos in vineam meam;" eorum erit tum quæ desiderantur addere, tum quæ mendosa sunt corrigere: mihi enim in præsentiarum satis est, si labor hic qualiscumque et ad Gloriam Dei propagandam cedat atque animarum profectui aliquomodo benevertat.

GREGORIUS MENGARINI, S. J.

GRAMMATICA LINGUÆ SELICÆ.

PARS PRIMA.

CAPUT 1um.

Rudimenta.

SELICI litteras habent septemdecim, quarum quinque sunt vocales, *a, e, i, o, u*— reliquæ consonantes, *c, g, h, k, l, m, n, p, s, t, z.*

Quinquo igitur carent consonantibus, *b, d, f, r, v,* quæ linguis Europæis communiores sunt, quæ quidem si in exteris dictionibus interdum locum habent, mutantur in *p, t, p, l, p,* sic,

Benoit	dicunt	Peneà
Adèle	"	Atal
François	"	Plansoà
Vincent	"	Pensa.

Sonus Litterarum.

Vocales communes omninò sunt Germanis, Hispanis, Italis et Gallis, *u* excepta quæ his ultimis sonat *ou.*

g gutturalis est et sonat *g* vel *j* hispanicum in vocibus *general* et *jabali.*

h aspiratum sonat.

k simplex sonat ut *c;* sed *ck* durissimæ sunt.

l sonat quidem *l* sed lingua palato adnexa et extenta pronuntiatur, et usu potius quam scripto percipienda.

s semper dura sive sibilans est, nequo hic habet locum *s* gallica inter duas vocales.

z dura est more germanico.

Reliquæ consonantes communes sunt.

ch idem sonat ac *ch* in voce anglica *church*, vel hispanica *muchacho*.

sch idem sonat ut gallicum *ch*, vel italicum *scia, sce, sci;* sive sequatur vocalis sive non. Si vero apostropho ' sit inter *s'* et *ch*, tum separatim pronuntianda sunt.

Accentus acutus ´ notat vocalem clauso ore, gravis ` aperto ore pronuntiandam. Uterque autem distinguit vocales longas a brevibus.

Apostropho ' notat quandam interruptionem vocis inter primam et secundam litteram; perinde ac si hæc initium esset vocis subsequentis seu alterius verbi.

Nota. Litteræ omnes sive vocales sive consonantes separatim et distinctè pronuntiandæ sunt, quod efficit ut Selici lente admodum loquantur.

CAPUT 2^um^.

Nomen.

Nomina omnia sive substantiva sive adjectiva ordine unico concluduntur, quippe quæ nec genus, quod unicum est, nec casus, qui fere in verbis vel pronominibus transferuntur, distinguant, sed numerum tantùm et personam seu relationem ad quem, ut infrà dicetur. Hinc nominum usus absolutè simplicium simplicissimus est.

skaltmígu	*vir, un homme.*
ckaleu	*fiber, un castor.*
lûk	*lignum, un baton, un morceau de bois.*

Verum difficultas oritur pro numero multitudinis absoluto, cujus formatio variat propemodum infinite, neque a singulari pendat; ita ut vix regula aliqua suppeditari possit, atque usu potius et labore assiduo pluralis nominum comparandus est. Etenim

1. Quædam nomina formant pluralem per reduplicationem radicis, ut: skoi, *mater*, pl. skoikoi, *matres*.

2. Quædam in reduplicatione elidunt vocalem radicis, ut: skaltmigu, *vir*, pl. sklkaltmigu, *viri;* esmòck, *mons*, pl. esmkmòck, *montes*.

3. Alia reduplicant consonantem in medio dictionis, ut: skòlchemús, *gena*, pl. skòlchammús, *genæ*.

4. Alia formant pluralem præponendo syllabum ul et sunt fere substantiva vel adjectiva animata, ut: nackoèmen, *fur*, pl. ulnackoèmen, *fures;* konkoínt, *pauper*, pl. ulkonkoínt, *pauperes*.

5. Quædam denique in numero multitudinis radicem singularis deserunt, et extraneam prorsus formam assumunt atque adeo anomala appellantur, et sunt:

Es'schíte, *arbor*, pl. szlzlíl, *arbores*, *sylva*.
Skukuímlt, *juvenis* (adject. non senex), pl. sz'zmélt.

Nota. Hoc adjectivum anomalum derivatur a diminutivo etiam anomalo lkukuiúmo, *parvus*, pl. lz'zimet, *parvi*.

Imkucút, *collis*, pl. Imkomkotúlègu, *colles*.

S'm'èm, *mulier*, pl. pèlplgui, *mulieres*, et derivata ut sgus'm'èm, *soror germana*, pl. sgu'pèlplguí.

Nota 1. Nomina tamen finita in *àus* vel *èus* formant pluralem mutando *àus* in *àlis* et *èus* in *èlis*, ut: ès'elschilàus, *id quod pendet* (angl. *hangs*) pl. es'elschilàlis; sntepséus, *articulus*, *junctura*, pl. sntepsèlis. Excipe kokoméus, *equus unius anni*, pl. koikomeùs.

Quæ sequuntur duplicem habent pluralem.

Esngalèus, *pons*, pl. esngalelis, vel esnglgalléus.

Nota 2. Quædam substantiva in singulari numero tantum usurpantur, et sunt.

èkun,	*ova piscium*.
geùlégu,	*serpens crepitans*.
getlzin,	*jumentum, tout animal domestique*.
kaimíntn,	*charta, epistola, liber, toute écriture*.
kòmkan,	*capillus, capilli*.
kottàgoc,	*pediculus, pediculi, les poux*.
nchàumen,	*oratio, preces, les prières*.
nkokosmíchnschin,	*canis, canes*.
pítchel,	*frons, frondes*.
spèntich,	*annus, anni*.
suènl,	*piscis, pisces*.
spám,	*pilus, pili*.
s'elènsch,	*lapis, lapides*.
stgènch,	*exta, les entrailles*.
u'ússé,	*ovum, ova*.

Vel in numero plurali tantum, sc. cum reduplicatione, ut:

getgeítne,	*gladius anceps, une dague*.
gòlgoàl,	*ovis, agnus* (vulgo *grosse corne*).
guáguáligu,	*vulpis*.
gulguílt,	*debitum, une dette*.
gusguístin,	*grallæ, des echasses*.
jkulikuáli,	*frumentum indicum, du maïs*.
kalkaláks,	*ranula, petite grenouille avant de jeter la queue*.
kulkuílt,	*purpura, de l'ecarlate*.
kukúsem,	*stella*.
kutkuíteps,	*pulex, une puce*.
lmlâmàic,	*rana*.
luluèlze,	*spina, une épine*.
uplpelkàks,	*sus, un cochon*.

ololím,	*ferrum.*
s'chauaupús,	*lacryma, les larmes.*
sglgált,	*dies, le jour.*
sgúguie,	*formica.*
skpkèpèné,	*arena, du sable.*
tltolènie,	*vespertilio, chauve souris.*

De Accidentalibus Substantivorum.

DIMINUTIO, AUGMENTATIO, PEJORATIO.

1. Substantiva fere omnia diminutiva fieri possunt et frequenter usurpantur. Formatur autem diminutivum vel præposita tantum consonante l ante radicem primitivi, ut:

ololím, *ferrum*, dimin. lololím, *un petit fer.*
sgutíp, *costa, côte*, dimin. slgutíp, *costula.*
l'èn, *pater*, dimin. llèn, *paterculus* (sc. *statura pusillus*).

Vel præter consonantem l, radix substantivi alterationem patitur, quæ modificatio nulli subjicitur regulæ, non secus ac pluralis substantivorum, et consistit en reduplicatione vel vocalis vel consonantis, vel radicis integræ.

esmòck, *mons*, dimin. eslmmòck, *une petit montagne.*
gòlko, *rota*, dimin. lgoglko, *rotula.*
lùk, *lignum*, dimin. llùl'lk, *petit morceau de bois.*
skoi, *mater*, dimin. slkókoi, *matercula* (*brevis statura*).
sípi, *funis, corde*, dimin. slsíspi, *petite corde de cuir.*
s'm'èm, *mulier*, dimin. slm'èm, *petite femme.*

Quædam substantiva formant diminutivum assumpto adjectivo (diminutivo) lkukui úme, *parvus*, substantivis præposito, ut:

lkukui mélgu, *domuncula*, pro lkukui ûme zítgu, *parva domus*,
lkukui míze, *palliolum, petite robe*, pro lkukui ume sízem, *parvum pallium.*

Anomala sunt:

stí'ichmísh, *puella*, dimin. schèschûtem, *puellula.*
nkokosmíchnschin, *canis*, dimin. stitíchíne, *catellus.*
lmlamáic, *rana*, dimin. kalkalaks, *ranula.*
stomchelt, *filia*, dimin. schutmélt, *filiola.*
sltipèis, *pluvia*, dimin. lučis, *petite pluie.*

2. Augmentativa formantur præponendo adjectivum kûtu (ex kutunt, *magnus*) vel kuti ante *s* vel l substantivis primitivis vel voci correspondenti in compositione.

snchlzàskàgae, *equus* (in compositione skagae), hinc kùtl skàgae, *un grand cheval.*
zitgu, *domus, loge, maison* (in compositione èlgu), hinc kutn-elgu, *grande maison.*
sm'òt, *fumus*, hinc kuti-sm'òt, *grande fumée.*
skeltich, *corpus, caro*, kuti-skèltich, *corpulentus.*
lchèp, *olla, marmite*, kuti-lchèp, *grande chaudière.*

Nota. Quædam augmentativa admittunt etiam præpositionem *ch* (ad, extra, circum, etc.) præpositam adjectivo kutùnt, ut:

ch-kutn-èus, *qui prominentem habet ventrem, un Gros Ventre*, èus in compositione pro olío *venter.*
ch-kut-ène, *qui magnas habet aures* ex tènè *aures.*
ch-kutn-ùs, *incendium, grand feu* (us in compositione pro solschiztin *ignis*).

3. Pejorativa componuntur ex adjectivo ches (pro chèst, *malus*) et substantivi voce correspondenti in compositione, sic:

ches-élgu, *domus deformis, vilaine maison.*
ches-ós, *facies deformis, une vilaine figure.*
ches-àlka, *fetor, mauvaise odeur.*

Nota adjectivum chèst non est Selicum sed S'chizuum (*vulgo* Cœur d'Alène), quo Selici utuntur tantum in compositione pro adjectivo Selico tèie, *malus.*

Nota. Si substantivum nullam habeat vocem correspondentem, vel etiam si habeat, non adhibeatur nisi substantivum primitivum, tum adjectivum chès non habet locum sed adjectivum Selicum tèie, *malus*, sic dicetur:

teiè skaltmígu, *un mauvais homme.*
teie s'm'èm, *une mauvaise femme.*
téie sménugu, *de mauvais tabac.*

Quia hæc substantiva absoluto usurpantur, nullam enim habent vocem correspondentem in compositione. Dici etiam poterit teiè zilgu, *une vilaine maison*, pro chès-èlgu, etc.

CAPÙT 3um.

Nomen Adjectivum.

Non est hic sermo nisi de adjectivis qualitatis quæ substantivo copulantur, nulla alia orationis parte interposita.

gèst spiikalk, *boni fructus, de bons fruits.*
teie sèulku, *mala aqua, de mauvaise eau.*
gèmt s'schèsch, *lapis gravis, une pierre pesante.*
joiòot skaltmígu, *vir fortis.*

Hæc adjectiva qualitatis primitiva sunt et ab iis plura verba derivantur, ut infra dicetur.

Adjectiva in numero multitudinis sine lege vagantur non secus ac substantiva.

kutunt, *magnæ*, pl. ktkutunt, *magni*.
Ezèut, *ultimus*, pl. Ezuéut, *ultimi*.
ichitmèlgu, *nudus*, pl. ichitmmèlgu, *nudi*.
joiòot, *fortis*, pl. ul'ioiòot, *fortes*.

Adjectiva quædam in plurale tantum numero usurpantur, h.e. cum reduplicatione.

jaiaàt, *rarus* et *rari*.
konkoint, *pauper* et *pauperes*.
guàguàt, *strenuus*.
lchlichet, *strenuus in bello, ferox*.
Pgp-got, *senex*.
schlschàlt, *declivis, escarpé*.
slsilt, *difficilis*.
snsaint, *mansuetus*.

Quædam in numero plurali a radice singularis discedunt: cchisuisch, *erectus, que se tient debout*, pl. tepièut, *erecti*.
lkukui ume, *parvus*, pl. lz'zimet, *parvi*.

DE COMPARATIVIS ET SUPERLATIVIS.

Quæ nos comparativa et superlativa appellamus, alia ratione a Selicis usurpantur, vide Part. III., cap. 3, § 2.

CAPUT 4um.

Nomen Numerale.

Cardinale duplex, aliud relatè ad res, aliud relatè ad personas.

	Relatè ad res.	Relatè ad personas
1,	nko,	schnàksi.
2,	escèl,	chescèl.
3,	chèlès,	ch'chèlès
4,	mús,	ch'mùsms.
5,	zil,	ch'zilzil.
6,	tàckan,	ch'tackan.

	Relatè ad res.	Relatè ad personas.
7,	síspel,	ch'síspel.
8,	hèhènem,	ch'hèhènem.
9,	ganút,	ch'ganút.
10,	open,	ch'ópen.
11,	open el nko,	ch'ópen el ch'naksi.
20,	esl'ópen,	ch'esl'ópen, etc., etc., præposita præpositione *ch* numero cardinali primitivo.
30,	chèl'ópen.	
40,	Mslópen.	
50,	zilchl'ópen.	
60,	tekànchl'ópen.	
70,	sspèlchl'ópen.	
80,	hèhènml'ópen.	
90,	gantl'ópen.	
100,	nkó keín.	
200,	eslkkókein vel asàlkan.	
300,	chelnkokein vel chàlalkan.	
400,	mústnkokein vel mômskan.	
500,	zilchlnkokein vel zilchstkan.	
600,	takanchstkan vel tekánchlnkokein.	
700,	spélchlnkokein vel sisplchstkan.	
800,	helhènmlnkokein vel hàhànmkan.	
900,	gantlnkokein vel ganótkan.	
1000,	opnchstkan.	
2000,	ésl'ópnchstkan.	
10,000,	open opnchstkan.	

Hucusque pervenire possunt Selici, ultrà enim licet numerare possunt, vix tamen comprehendi valent, præsertim cum nihil umquam sub oculos habuerint, quod numerum hunc excesserit.

Hic observare licet:

1. Quod unitates primitivæ repetantur post decades, interposita syllaba el (iterum) sic: open el esèl (ad litt.) *decem iterum duo*. Idem dicendum de decadibus post centena et de centenis post milliaria, sic: numerus 1849 erit opnchstkan el háhánmkan, el msl'ópen el gànut (ad litt.) *decem centena, iterum octo centena, iterum quadraginta, iterum novem*.

2. Decades et centena cum sint composita, assumunt consonantem l euphoniæ gratia interpositam.

3. Interdum primam inter et secundam decadem non exprimuntur nisi unitates cum particula el relictâ decade open, sic: el mus erit *quatuor decim* pro open el mus; el ganut erit *novem decim* pro open el ganut, etc. Non ita erit in aliis decadibus, sed quilibet numerus exprimendus est et copulandus per syllabam el, ut dictum est.

4. Quædam unitates relativè ad res inanimatas alterationem patiuntur in compositione, sic:

duo	in compositione		erit	èsl vel àsl.
tria	,,	,,	,,	chèl vel chàl.
qualuor	,,	,,	,,	mûs vel màs.
quinque	,,	,,	,,	zílchst.
sex	,,	,,	,,	tckanchst.
septem	,,	,,	,,	sisplchst vel spelch.
octo	,,	,,	,,	hchènm vel hanm.
novem	,,	,,	,,	gant.
decem	,,	,,	,,	opn vel opnchst.

Prima series copulatur cum qualibet substantivo; secundo vero cum eis tantum quorum prima vocalis in voce correspondente in compositione est *a;* sic dices:

èslèlgu, *duo domus*, pro esèl zítgu.
chèlèlgu, *tres domus.*
múslgu, *quatuor domus.*
àslàskat, *duo dies*, pro èsl asglgalt.
chàlàskat, *tres dies.*
màskat, *quatuor dies*, etc.

NUMERUS ORDINALIS.

	Inanimatus.	Animatus.
primus	lu es'schiít*	lu es'schiít.
secundus	lu kselél	lu ks'schél.
tertius	lu ks'chelés	lu ks'ch'chelès.
quartus	lu ksmus	lu ks'chmúsms, etc.

Præposita nempe particula lu et consonantibus ks, quæ consonantes præponuntur itidem numero cardinali relato ad personas.

NUMERUS DISTRIBUTIVUS (inanim.).

singuli	nkó u nko (ad litt.), *unum et unum.*
bini	esèl u esèl, *deux à deux.*
terni	chelès u chelès, *trois à trois*, etc.

Scilicet sumitur ex numero cardinali, interposita copulativa u (et).
Idem observandum est in numero distributivo relatò ad personas.
Not. 1°. Numerus ordinalis adverbialiter positus primò, secundò, tertiò, etc.

---

* Hæc vox derivatur a verbo tnes'schiítmi, præcedo.

nullo modo sequitur regulam linguæ Europææ, sed Selici exprimunt successionem per adverbium kuémt (præterea).

Not. 2°. Partitiva non norunt Selici, excepta voce es'chút, qua exprimunt sive *dimidium* sive *quamlibet rei partem.*

CAPUT 5^{um}.

De Pronomine.

Distinguitur pronomen primitivum sive personale possessivum, demonstrativum, relativum, interrogativum, indefinitum.

Pronomen primitivum seu personale duplex est, aliud absolutum aliud copulativum.

	Absolutum.	Copulativum.
ego	kói'e	ko.
tu	anúi	ku.
ille	znilz	—
nos	kaèmpilo	kae.
vos	mpilèpstemp	p vel mp.
illi	zní'ilz	—

Pronomen hoc tam absolutum quam copulativum indeclinabile est; applicationem autem utriusque præsertim in casibus obliquis vide in Verbis Relativis et in Syntaxi.

Nota. Pronomen personale communiter numquam præmittitur verbis, siquidem characteristica verbi per se satis exprimit personam primitivam.

POSSESSIVUM.

Pronomen possessivum indeclinabile est, quo Selici utuntur semper nominibus copulato; carent enim possessivo absoluto, consistitque in litteris vel syllabis, quæ nominibus præponuntur vel postponuntur, hoc modo:

in	*meus, a, um, mei* et *mea.**
an	*tuus, a, um, tui* et *tua.*
— s	*suus, a, um, ejus, sui* et *sua.*
kao	*noster, tra, trum, nostri, nostra.*
— mp	*vester, tra, trum.*
— s	*eorum.*

* Syllaba in communiter est apud Calispelm; Selici verò frequentius utuntur *n* pro *in.*

Not. 1°. Ut tertia pluralis distinguatur a tertiâ personâ singularis reduplicatur vocalis media, seu penultima substantivi, cum quo possessivum copulantur, vel vocalis ultima, se substantivum habeat accentum super ultimam; sic:

skói	*mater, la mère.*
skóis	*mater ejus,* skó'ois, *mater eorum.*
silíp	*vulnus, la blessure.*
silíps	*vulnus ejus.*
sili'ips	*vulnus eorum.*

Quæ regula etiam observatur, etiamsi substantivum sit in numero pluralis, sc.

skoikó'ois	*matres eorum.*
silili'ips	*vulnera eorum.*

Not. 2°. In nominibus incipientibus in s, possessivum primæ et secundæ personæ *in* et *an* mutatur in *i* et *a*.

Item in nominibus finitis in *s*, possessivum tertiæ personæ *s* mutatur in *z*.

Not. 3°. Nomina finita in *n* abjiciunt *n* finalem in relatione tertiæ personæ, sic zóoschin, *pes, le pied,* erit zóoschís, *pes ejus,* et non zóoschíns; gaznúmtn, *indumentum,* erit gaznumts, *indumentum ejus,* et non gaznumtns, etc.

Paradigma Primum.

sing.	in-zitgu	*domus mea, ma loge, maison.*
	an-zitgu	*domus tua.*
	zitgus	*domus ejus.*
plur.	kae-zitgu	*domus nostra.*
	zitgu mp	*domus vestra.*
	zi'itgus	*domus eorum.*

Paradigma Secundum.

sing.	c'sp'ús	*cor meum.*
	a sp'us	*cor tuum.*
	sp'usz	*cor ejus.*
plur.	kao sp'ús	*cor nostrum.*
	sp'us mp	*cor vestrum.*
	sp'úusz	*cor eorum.*

Pronomen possessivum magnificiendum est, etenim raro admodum usu venit, ut nomina sine possessivo adhibeantur, sed natura linguæ Selicæ fert, ut semper possessivum copuletur nominibus, licet nulla necessitas in oratione intersit.

PRONOMEN DEMONSTRATIVUM (indecl.)

iè	*hic, hæc, hoc, hi, hæ, hæc.*
zí	*ille, a, ud, illi, æ, a.*

Not. Pronomen demonstrativum *ie* et *zi* adhibetur tantum cum copulantur substantivis: etenim si absolute usurpetur, loco *ie* et *zi*, adhibetur aliud demonstrativum schcí (*hoc* vel *illud*) etiam indeclinabile in utroque numero.

ischèi	*hoc* vel *illud tantum, seulement cela.*
ipól u schéi	*hoc* vel *illud ipsum.*
es'chesèlm	*uterque* (animat.)
èsesèl *t*	*uterque* (inanimat.)
tà chinàksi	*neuter, nemo* (animat.)
tà stèm ta nkó	*neutrum, nihil, ni l'un ni l'autre* (inanimat.)

PRONOMEN RELATIVUM.

Relativum, qui, quæ, quod, per syllabas u vel lu indeclinabiles transfertur, quarum usum et multiplicam significationem videre est in Syntaxi.

PRONOMEN INTERROGATIVUM.

suèt?	*quis* (anim.)
chèn?	*qualis, lequel, laquelle* (inanim.)
stèm?	*quid, quoi.*
u suèt?	*quisnam, qui donc* (emphat.)
goá suèt?	*quisnam* (dubitativè.)
u stèm?	*quidnunc, quid ergo, quoi donc.*
suet iè tel chesèl?	*uter, le quel des deux* (animat.)
chèn iè tel esèl?	*uter* (inanimat.)

PRONOMEN INDETERMINATUM.

	chnáksi	*aliquis, unus* (animat.)
plur.	chnknaksi	*non nulli, quelques uns.*
	tè'stèm	*aliquid* (inanim.)
	nknkó	*aliquis, aliquot* (inanim.)
	nà suèt	*quicumque* (in sensu futuro.)
	lu suèt	*quicumque* (in sensu præterito.)
	esiá	*unusquisque, quodlibet* (ad litt. omnes, omnia.)
	ágal	*quilibet* (inanim.) *chaque.*
	kó	gallice *on.*
	nko	(num. cardin.) *alter, un autre* (inanim.)
	chnaksi	*alius* (anim.)

CAPUT 6^{um}.

De Verbo.

Prænot. Verbo *sum* tamquam auxiliari non indigent Selici cum et temporibus compositis careant et verba passivæ terminationis non habeant.

Item verbum substantivum *sum* absolutum seu cum sine supposito adhiberi solet in oratione, nullo modo exprimi potest, quia non existit; copulativum autem adeo frequens est, ut fere dici posset, nullam dari vocem sino verbo *sum*.

Totum autem verbum consistit in particulis quibusdam (quarum pleræque redeunt ad pronomen personale in compositione) præpositis vel substantivis vel adjectivis vel adverbiis, etc.; atqui etiam verba præ se ferunt verbum *sum*, cum particulæ supradictæ sunt characteristicæ essentiales verborum, quare meritò inferri posset, verbum *sum* esse solum verbum existens in linguâ Selicâ, cujus verbi typus sunt characteristicæ verborum, quas subjicio.

Duæ autem sunt characteristicæ, quæ distinguunt duplicem verborum conjugationem; prima est *tnès* (pronuntia tënès) præfixa verbis terminatis in i et complectitur verba omnia sive intransitiva sive activa indeterminata, id est sino casu expresso. Secunda est *jès* præfixa verbis terminatis in *m*, complectiturque verba omnia transitiva definita, hoc est, cum casu expresso, quæ verba appellabimus activa realia.

Hæ vero characteristicæ inveniuntur constanter in prima persona præsentis indicativi, quæ radix est aliorum temporum et per quam conjugatio a conjugatione distingnitur. Verba igitur (si quæ sunt) quæ in prima personâ singulari præsentis indicativi neutram præ se ferunt characteristicam inter anomala vel defectiva rejicienda sunt.

PARADIGMA CHARACTERISTICÆ T ÆQUIVALENTIS VERBO SUM.

Indicativ. præsens.

1.	tnès	*sum* (actu.)
2.	knès	*es.*
3.	ès	*est.*
1.	kaès	*sumus.**
2.	pès	*estis.*
3.	ès	*sunt.*

* Pro kae'es quod observatur quotieseumque post kae sequitur e.

Præteritum perfectum.

1.	tĕn (tn)	*fui, sum jamdiu.*
2.	ku	*fuisti,* vel *es jamdiu.*
3.		*fuit.**
1.	kao	*fuimus.*
2.	p	*fuistis.*
3.		*fuerunt.*

Futurum.

1.	nèm tn	*ero.*
2.	nèm ku	*eris,* etc.

Ex perfecto indicativi præposita syllaba nèm, characteristica futuri indicativi.

Imperativum.

2. sing.	sch	*esto,* vid. præs. subj.
3.	ks	*sit.*
1. pl.	kacks	*simus.*
2.	pks	*sitis.*
3.	ks	*sint.*

Præsens subjunctivi.

1.	tiks	*ut sim.*
2.	kuks	*sis* vel *esto.*
3.	ks	*sit.*
1.	kacks	*simus.*
2.	pks	*sitis.*
3.	ks	*sint.*

Imperf. et plusquam perfectum.

1.	k'nèu tn	*essem* vel *fuissem.*
2.	k'nèu ku	*esses* vel *fuisses.*

Ex perfecto præposita syllaba k'nèu.

Condition. subjunctivi.

1.	k'lu tn	*si essem* vel *fuissem.*†
2.	ku'lu ku	*si esses* vel *fuisses,* etc.

Ex perfecto præposita syllaba k'lu.

---

* Tertia singul. præt. perf. in verbis intrans. radix est verbi, hinc nulla præcedit characteristica.

† Pro k'lu dici etiam potest k'k'tn, k'ku, etc.

Futurum 1*um.*

1.	nè tis	*cum fuero.*
2.	nè kus	*cum fueris.*
3.	nè s	*cum fuerit.*
1.	nè kaes	*cum fuerimus,* etc.
2.	nè ps	
3.	nè s	

Futurum 2*um.*

1.	nè tisuís	*postquam fuero,* etc.
2.	nè kusuis	
3.	nè suís, etc.	

Nempe interposita syllaba *uís,* quæ nihil aliud est nisi perfectum uístén ex verbo jesuim (perficio, finio, compleo) ac si diceres, cum compleverim esse.

Not. Dicitur etiam interdum, nè tnuís, nè ku uis, etc.

Futurum 3*um conditionatum.*

1.	nè tn	*si fuero.*
2.	nè ku	*si fueris,* etc.

Ex perfecto indicativi præposita syllaba nè characteristica futuri subjunctivi.

Futurum 4*um conditionatum.*

1.	nè tiks	*si esse oportebit, si esse voluero* vel *potuero,*
2.	nè kuks	etc.

Ex præsenti subjunctivi.

Futurum 5*um.*

1.	nèm tiks	*si esse debebo,* etc.
2.	nèm kuks	

Ex præsenti subjunctivi, præposita syllaba nèm.

Optativum

Est perfectum indicativi præposito adverbio komi (*utinam*) et inservit cuilibet tempori: komí tn *utinam sum* vel *essem* vel *fuerim.*

Not. 1. Syllaba *es* in characteristica tnès, kuès, etc., præsentis indicativi proprie loquendo non pertinet ad verbum *sum* sed dicit potius actualitatem vel continuationem actionis quæ ponitur; atque ideo syllabam continuationis vocabimus. Hinc characteristica tnés, kués, etc., copulantur tantum cum radice verbi activi ad formandum verbum passivum, etenim si verbum *sum* copulandum sit cum substantivis

vel adjectivis, etc. Non characteristica præsentis usurpatur sed perfecti tn, ku, etc., in sensu perfecto: etenim qui dicit se aliquid esse, jam est, quod enuntiat et quo logica linguæ Europææ non pervenit, eò pervenit logica linguæ Seliceæ, quod etiam clarius patebit ex quibusdam defectivis, quæ vide.

Not. 2. Characteristica primæ personæ singularis præsentis indicativi tnès, indiscriminatim et pro libitu mutari potest in tiès vel etiam chnès vel chiès, quæ mutatio frequens est præsertim apud Calispelm. Consequenter prima persona perfecti tn mutari etiam potest in clin (chĕn, chĭn).

PARADIGMA CHARACTERISTICÆ J.

Indicat. præsens.

1.	jes	pl. kaes.	
2.	as	es	p
3.	es	es	

Perfectum.

1.	n	pl. kae	ntm.
2.	ntqu		ntp.
3.	s		s.

Futurum.

Idem est ac perfectum præpositâ syllabâ nèm.

Imperativum.

2.	Variabilis est.	pl. 1.		kaes.
3.	ks	2.		i.
		3.	ks.	

Subjunctivi præsens.

1.	iks	pl. kaeks.	
2.	aks	ks	p.
3.	ks	ks.	

Imperf. et plusq. perf.

K'nèu præpositum perfecto indicativi.

Conditionatum.

K' vel k'Iu præpositum perfecto indicativi.

Futurum 1*um.*

1.	nò is	pl. nò kacs.	
2.	nò as	nòs	p.
3.	nò s	nò's	s.

Futurum 2*um.*

1. ne isuis
2. ne asuis, etc.

Ex futuro 1mo. addita syllaba *uis* (vide pag. 14.)

Futurum 3*um.*

Nè cum perfecto indicativi.

Futurum 4*um.*

Nè cum præsenti subjunctivi.

Futurum 5*um.*

Nèm cum præsenti subjunctivi.

PARADIGMA VERBI INTRANSITIVI.

Indicativ. præsens.

1.	tnès–aímt–i	*indignor.*
2.	kuès–aímt–i	*indignaris.*
3.	ès–aimt–i	*indignatur,* etc.
1.	kacs–aimt–i	
2.	pes–aimt–i	
3.	es–áiimt–i.	Vide Pronom. Possessiv. supr.

Scilicet tribus partibus componitur verbum, characteristica, radice, et affixo. Hinc cum characteristicæ tn, ku, etc., nihil aliud sint quam verbum *sum* (supr. pag. 12), et syllaba *es* præ se ferat actualitatem et continuationem actionis (vide supr.), sequitur, in tantum adhiberi præsens indicativi, in quantum quis actu ponit actionem verbi sine ullo respectu ad præteritum, et hæc est ratio unica et vera quare Selici nonnisi rarò præsenti tempore utuntur.

Igitur præsens indicativi recte respondet anglico *I am* cum participio v. g. *doing* (je suis en train de faire). Hinc *tnes aimti* potius quam *indignor* diceretur *sum indignans.*

Not. Verbum fit impersonale seu personæ indeterminatæ, præponendo syllabam ko (gallice *on*) tertiæ personæ singularis cujuslibet temporis et modi, ko ès aimti, *on s'indigne.*

Perfectum simplex.

1.	tn–aïnt	kae aï'nt
2.	ku aínt	p aínt
3.	naint	aï'int.

Licet perfectum tempus sit primitivum, tamen in verbis intransitivis formari potest a præsenti, sublata syllaba continuationis *es* et affixo *i*; etenim supponit actionem verbi semel positam jamdiu cessasse; quod si actio verbi protracta fuerit præsertim usque dum quis loquitur, tum verbum resumet particulam *es* et erit

Perfectum continuatum.

1.	tnès aïnt	*Dico*, vel *incessanter indignatus sum.*
2.	knès naínt	
3.	ès aínt	
1.	kaes aïnt	
2.	pès aínt	
3.	ès aïnt	

Pro formatione præteriti perfecti simplicis verborum utriusque characteristicæ (quæ semper immutabiles sunt) vix dari potest regula generalis, tum præteritum perfectum tempus est primitivum, non secus ac præsens et imperativum, tum quia affixum sæpe variat pro diversitate verborum.

Hic autem pro formatione perfecti in verbis intransitivis has regulas habeto.

1. Pleraque verba formant perfectum sublato affixo *i* (præter syllabam *es*, quæ in omnibus aufertur) ut in paradigmate videre est.

Excipe tnès zûti, *dico;* tnès gui, *vado* vel *venio.* Hæc retinent affixum *i*, etiam præterito, tn zûti, *dixi;* tn gûi, *ivi* vel *veni.*

2. Verba finita in *mi* vel *nmi* (cum accentu super ultimam) formant perfectum sublato *mi* finale, ut:

tnès z'almí, *infirmor;* perf. tn z'ál, *infirmatus sum.*
tnès chtè'eschinmi, *pedibus offendo, heurter avec les pieds;* perf. tn chtè'eschín.

Excipe tnes itkumi, *putresco, pourrir* (do lignis); perf. tnitúk.
tnes Inıkamí, *uror, se brûler;* perf. tuImák.
tnes piikami, *maturesco, mûrir;* perf. tn piiák.
tnes telkomí, *fugio;* perf. tntelók.
tnes tkomi, *recumbo, coucher;* perf. tnes tók (irreg.)
tnes toukami, *rumpor, se casser* (dicitur de funibus); perf. tn touàk.

3. Verba finita in *pmi* vel *pma* formant præteritum transferendo ultimam *i* vel *a* ante consonantem *p* et supprimendo *m*, sic:

tnès'chImí, *venor, chasser;* perf. tn chIip.

tnes gampmi, *aresco, se secher;* perf. tn gamíp.
tnès nimpma, *gelo, se glacer* (dicitur de aqua); perf. tn nimíp.

Excipe tnès kaópmí, *frangor, se casser;* tnès laapmí, *naviger;* tnès tkepmí, *obstruor, se boucher;* tnès aipmí, *curro, courir;* quæ verba secundam regulam sequuntur, auferendo simpliciter syllabam finalem *mi.*

Not. Quæ finales præteriti perfecti semel cognita inimmutabilis remanet in qualibet personâ, juxta normam in paradigmate traditam.

Futurum.

Futurum simplex et continuatum est idem ac præteritum perfectum præpositâ syllabâ *nèm.*

nèm tn aímt	*indignabor.*
nèm tn es aímt	*indignabor diu.*

Imperativum.

2.	aímt sch	*indignare.*
3.	ks aímti	*indignetur,* etc.
1.	kaes aímti	
2.	aímtui	
3.	ks af'imti	

Idem continuatum.

2.	es aímt sch	*indignare diu.*
3.	k'es aímti*	
1.	kaes nímti	
2.	es aímtui	
3.	k'es af'imti	

Imperativum, ut dictum est, tempus primitivum est; formari tamen potest secunda (in verbis intransitivis solum) a tertia singularis præteriti perfecti, addendo simpliciter *sch.* Pro reliquis personis observa quod secunda pluralis pendet semper a secunda singularis et formatur mutando *sch* in *ui.* Tertia persona utriusque numeri sumitur ex præsenti subjunctivi et prima pluralis ex præsenti indicativi.

Nota. Verba finita in *schi* in secunda singularis imperativi non assumunt aliud *sch,* sed ipsa tertia persona perfecti erit etiam secunda imperativi, sic:

	tnès-lákschilschi	*sedeo.*	
3ª. perfecti et 2ª. imperat.	lakschilsch	*sedit* et *sede*	pl. lák'kui (irreg.) *sedete.*

---

* Consonans *s* characteristicæ *ks* semper eliditur quoties sequitur syllaba continuationis *es,* quod observari debet præsertim in subjunctivo.

	tnès chitschilschi	*accedo, s'approcher.*	
3ª. perfecti 'et 2ª. imperat.	chitschilsch	*accessit* et *accido*	pl. chitschilschui *accessito.*
	tnès ítschi	*dormio, je dors.*	
3ª. perfecti et 2ª. imperat.	itsch	*dormivit* et *dormi*	pl. ítschui *dormito.*

Subjunctivi præsens.

1. tiks aímt i — *ut indigner*, vel *indignari volo, debeo.*
2. kuks aímt i
3. ks aímt i
1. kacks aímt i
2. pks aímt i
3. ks aíímt i

Idem continuatum.

1. tikés aimt i — *ut diu, incessanter indigner*, etc.
2. kukés aímt i

Imperfectum et plusq. perfect.

1. k nèu tn aímt, *indignarer, indignatus fuissem*, etc.
2. k'nèu ku aimt

Ex præt. perfecto.

Idem continuatum.

1. k (vel k'lu) tn aimt, *si indignarer*, etc.

Ex perfecto indicativi.

Præteritum perfectum.

1. lu tn aímt — *cum indignatus fuerim*, etc.

Ex perfecto indicativi.

Futurum 1*um.*

1. nó tis aímt i — *cum indignatus fuero*, etc.
2. nó kus aimt i
3. nó s aímt i
1. nô kacs aímt i
2. nó ps aimt i
3. né s aimt i

Futurum 2um.

1. ne tisuis aimt i, *postquam indignatus fuero.**
2. ne kusuis aimt i

Ex futuro præsenti.

Futurum 3um.

1. ne tu aimt *si indignatus fuero*, etc.

Ex perfecto indicativi.

Futurum 4um.

1. ne tiks aímt *si indignari oportebit* vel *indignari voluero.*
2. ne kuks aímt

Ex characteristica præsentis subjunctivi et finali perfecti indicativi.

Futurum 5um.

1. nèm tiks aímt i *indignari debebo, il faudra que je m'indigne.*

Est præsens subjunctivi, præcedente characteristica futuri indicativi *nèm.*

Not. 1. Hoc futurum 5^{um}. est etiam futurum imperativi dicens absolutam voluntatem imperantis.

Not. 2. Futura nuper exposita admittere possunt syllabam continuationis *es* et erunt

1. nè ties s aímti
2. nè ties uis aímti
3. nè tnes aímt
4. ne tikés aímt
5. nèm tikés aímti.

Not. 3. Schema syllabæ continuationis *es* in hoc paradigmate traditum, norma erit pro quolibet verbo characteristicæ *t*, sc. cum locum habere debet in oratione, ponitur immediate post characteristicam: hinc non erit necesse eam iterum repetere.

Optativum.

komi tu aimt *utinam indigner, indignarer, indignatus fuissem.*

Participium.

Participium Latinorum, significationis activæ, sive præsentis, sive perfecti temporis resolvitur per particulam Iu, præpositam præsenti vel perfecto indicativi. (Vide Syntaxi.)

---

* Vel né tuuis aimt cum characteristica et finali perfecti indicat. vide supra in nota.

PARADIGMA VERBI ACTIVI INDETERMINATI.

Differentia hujus non consistit in characteristicâ, quæ eadem omninò est ac verbi intransitivi, sed in affixo quod in præt. perfecto et imperativo variat ab intransitivo.

Indicativ. præsens.

1.	tnes kól'i	*facio aliquid, operor.*
2.	kues kól'i	
3.	ès kól'i	
1.	kaes kol'i	
2.	pès kól'i	
3.	ès kó'ol'i	

Perfectum.

1.	tu kól m	*operatus sum.*
2.	ku kól'm	
3.	kól m	
1.	kae kól'm	
2.	p kol m	
3.	kó'ol m	

Præteritum perfectum formari potest a præsenti sublata syllaba continuationis *es* et mutato affixo *i* ut sequitur.

1. Pleraque verba formant præteritum perfectum mutato affixo *i* in *m*, sic tnès ázgai, *aspicio*, perf. tu azga m, *aspexi*; tnès kol i, *operor*, perf. tu kól m.

Excipe tnès tkèpi, *obstruo, boucher*, perf. tn tkep iim.

2. Verba finita in *mi* purum (cum accentu super ultimam) id est, cum *a* vocali præceditur, plerumque formant perfectum nuferendo simpliciter affixum *i* more intransitivorum, ut:

tnes kaomí, *frango*, perf. tu ko óm.
tnès lgumí, *terebro, percer*, perf. tn lgúm.

Excipe tnès tgomí, *dirigo, diriger, dresser*, perf. tu tgomín, tnès pgomí, *dispergo, répandre*, perf. tn pgomín.

Nota. Si vocalis *a* præcedat *mi* in præsenti, mutatur in *e* in præt. perfecto, ut: tnes toukamí, *depono, deposer* (dicitur de vestibus), perf. tn toukèm.

Eamdem normam secundæ regulæ sequuntur hæc duo: tnès súmí, *olfacio, flairer*, perf. tn s'úm; tnes tómí, *sugo, sucer*, perf. tn tóm; licet non habeant accentum super ultimam.

3. Verba finita in *mi* impurum, plerumque formant perfectum transferendo *i* in *m*, ut:

tnès azmi, *ligo, lier* (dicitur de equis), perf. tn azím.

Excipe tnès plchmí, *verto, tourner ;* perf. tn plchmím.

Quædam verba characteristicæ *t*, sicut sæpe duplicem habent significationem, id est, transitivam vel activam indeterminatam, sic duplex etiam habent præteritum, cujus affixum a significatione pendet.

tnès tlíipmí, *in præceps ruo,* vel *aliquem præcipitem do ;* perf. tn tliip, *in præceps rui :* tn tliipím, *aliquem præcipitem dedi.*

Futurum.

1. nèm tn kólm *operabor.*

Ex præt. perfecto.

Imperativum.

2. kól isch *operare, travaille.*
3. ks kól i
1. kacs kól i
2. kól ui
3. ks kó'ol i

Nota. Secunda singularis hujus temporis differt a verbis intransitivis in eo quod retinet affixum *i* præsentis indicativi. Reliquæ personæ eadem omnino sunt ac in imperativo intransitivo.

Subjunctivi præsens.

1. tiks kól i *ut operer, operari volo, debeo.*

Idem ac præsens subjunctivi intransit.

Præterit. perfect.

1. Iu tn kól m *cum operatus fuerim,* etc.

Ex præterito indicativi.

Imperf. et plusq. perfectum.

1. k'neu tn kól m *operarer, operatus essem.*

Ex perf. indicat.

Idem conditionatum.

1. k' (vel k'lu) tn kól'm, *si operarer,* etc.

Ex perf. indicat.

Futurum 1um.

1. nè tis kól i *cum operatus fuero, quand je travaillerai.*

Vide futur. subjunctiv. Verbi Intransit.

Futurum 2um.

1. ne tsuis kól i *vel* nè tnuis kól m, *postquam operatus fuero.*

Futurum 3um condition.

1. ne tu kól m *si operatus fuero, si je travaillerai.*

Ex perf. indicat.

Futurum 4um condition.

1. ne tiks kól i, *si operari debuero, voluero,* vel *si ad operandum ibo.*

Ex futuro 4°. intransit. Vide Part II.

Futurum 5um.

1. nèm tiks kól i *operari debebo, il faudra que je travaille.*

Ex futur. 5°. intransit.

Optativum.

1. komi tu kól m *utinam operer.*

Participium ut dictum est resolvitur per particulam Iu, etc. Vide Syntaxi.

PARADIGMA VERBI ACTIVI REALIS SEU DETERMINATI.

Indicativ. præsens.

1. iès kól m *facio* (hoc vel illud definite).
2. as kól'm
3. ès kól m
1. kaes kól m
2. ès kól mp
3. es kó olm

Perfectum simplex.

1. kól n *feci.*
2. kól ntgu
3. kól is
1. kao kol ntm
2. kol ntp
3. kó'ol is

Perfect. continuatum.

1. es kól stu *incessanter feci, j'ai toujours fait.*
2. es kól stgu
3. es kól sts
1. kaes kól stm
2. es kol stp
3. es ko'ol sts

Præteritum perfectum activum non habet characteristicam ante radicem, sed affixum tantum, quod quidem multiplex est et pendet immediate a primâ personâ singularis, pro cujus formatione quasdam regulas dabo ad sternendam viam.

Omnia verba activa realia (eum casu expresso) in primâ personâ præsentis terminantur in *m*: hinc *m* vel a vocali præceditur vel a consonante, in primo casu observa.

1. Si vocalis a præcedat *m*, formatur perfectum mutando *m* in *n*, ut: ies a'zga m, *aspicio*, perf. azga'n, *aspexi*. Quam quidem normam eum bene multa ex verbis activis sequantur, hinc est quod pro paradigmate sumpta est.

Excipe iès àa m, *liquefacio, je fais fondre*; perf. á amn.
ies impà m, *congelare facio*; perf. impa stèn.
ies nimpam, *aquam congelare facio*; perf. nimpa stèn.
ies nisacka m, *e via educo*; perf. nisacka mstn.
ies pspá m, *despondere facio, je fais perdre courage*; perf. pspstàn.
ies ptp àm, *ebullire facio, faire bouiller*; perf. ptp stàn.

2. Si *e* (cum accentu) præcedat *m*, formatur perfectum mutando *em* in *nten*, ut:

ies te'èm, *tundo* (ital. *martellare*, angl. *to hammer*); perf. té ntèn.

Excipe iès chè m, *odio habeo*; perf. chè mn.
iès chgalèm, *insidior, épier*; perf. chgalèmn.
ies chtèm, *suspicor, soupçonner quelqu'un*; perf. chtèmn.
iès uèm, *clamo, appeller quelqu'un en criant*; perf. uè'n.
iès kunèm, *accipio, teneo*; perf. kuèn.
iès piikèm, *maturare facio*, quod accipit *s* pro *n* in præter perf. piikstèn.

Item verba omnia relativa determinata in Item, quæ in præter perf. mutant *im* in *en*.

3. Verba quæ habent *i* ante *m*, mutant *im* in *stèn*, sic: ies aip ím, *currere facio*; perf. aip stèn.

Quæ sequuntur assumunt *n* pro *s*.

ies az im, *ligo*; perf. az ntèn.
iès chgoz im, *supero, je devance*; perf. chgoz ntèn.
iès chgul ím, *lignum lacrigo, rabbotter le bois*; perf. chgulntèn.
iès chlpím, *venor, lever un animal en chassant*; perf. chlpntèn.
ies choschím, *clamores edo, criailler*; perf. chosch ntèn.
ies chschimim, *sequor, suivre quelqu'un*; perf. chschimtèn.
ies chschitím, *servo, custodio*; perf. chschit ntèn.
ies ge'enim, *impedio, empêcher quelqu'un de faire quelque chose*; perf. ge'entèn.
ies kaím, *scribo*; perf. kai ntèn.

Et verba finita in *nim*.

4. Verba finita in *om* (sine accentu) in præterito mutant *om* in *on*, ut: ies chiòkóm, *calumnior*; perf. chiókon.

Excipe duo: ies zkoákom, *plorare facio, faire pleurer;* perf. zkoakostu.
ies náckom, *furor, voler;* perf. náckom'n.
Quæ vero habent *om* (cum accentu) mutant sæpe *òm* in *ontèn*, ut:
iès ka òm, *rumpo;* perf. ka ontèn.
Tria quæ sequuntur assumunt *s* ante pro *n*.
iès tèlkóm, *fugere facio, mettre en fuite;* perf. telkostèn.
iès nièkóm, *trajicio, traverser quelque chose d'un bord à l'autre;* perf. nièkostèn.
ies tkokóm, *cadere facio;* perf. tkokostèn.
Sed gès tòm, *sugo*, habet in perf. tòmn.

5. Verba finita in *um* (sine accentu) mutant *m* in *mstn*, ut:
iès háum, *laxo, lacher*, habet in perf. haumstn.
ies líum, *tintinnabulum pulso;* perf. líumstn.
Finita vero in *um* (cum accentu) mutant *um* in *untèn*, sic:
ies pkúm, *excutio, secouer*, in perf. pkuntèn.
Sed ies sú'm, *olfacio*, habet súm'n.

De verbis autem quæ habent consonantem ante affixum *m*, infinitum fere esset, dare regulas et exceptiones; hinc eorum præt. perfectum non nisi usu colligi potest: hoc tantum hic notandum quod affixum perfecti in verbis activis definitis pertinebit certo ad unum vel aliud quæ exposita sunt.

Ex regulis supra allatis triplex eruitur perfectum, hinc triplex etiam erit paradigma; sc. vel perfectum formatur ex simplici mutatione affixi *m* in *n* et sequetur regulam generalem paradigmatis ieskólm; vel perfectum terminatur in *tn* et sequitur formam perfecti continuati; vel denique affixum perfecti erit in *tèn* vel *tàn* et tunc syllabæ finales erunt.

1.	tèn vel tàn		1.	kae-tèm vel kae-tàm	
2.	tegu " tàgu		2.	tèp	" tàp
3.	tès " tàs		3.	tè es	" tà as

Nota. Perfectum continuatum cujuslibet verbi activi realis terminatur semper in *stn* vel *stèn;* hinc in verbis communibus, quæ formant perfectum, mutando simpliciter *m* in *n* (ut in paradigmate) perfectum continuatum fiet mutando *n* in *stn;* verba verò quæ in præterito simplici terminantur in *ntèn*, si in sensu continuato adhibenda sunt, mutabunt *n* in *s*, sic: ièsazím, *ligo;* perf simpl. azntén, *ligavi:* perfect. continuatum es azstén, *incessanter ligavi.*

Quæ vero in præterito habent terminationem *stn* vel *stèn* admittunt tantum syllabam continuationis, *es:*

ies n'ulùsm, *conjungo, mettre ensemble;* perf. simpl. n'ulústn; perf. contin. es n'uslustn.
ies gutpím, *fugere facio;* perf. simpl. gutpstèn; perf. contin. es gutpstèn.

Futurum.

1. nèm kól n, *faciam.* Ex perf. indicativi.

Imperativum.

Eadem hic recurrit difficultas pro formatione 2dæ singularis imperativi ac in præterito perfecto notata est; est enim tempus primitivum: verum licet nulla dari possit regula generalis, habeto tamen paradigma quod pro reliquis personis inserviet, quæcumque sit secunda singularis.

2.	kól nt *fac.*	pl.	1.	kao kól m
3.	ks kól ms		2.	kól nti
			3.	ko kó'al ms

Secunda pluralis pendet semper a secundâ singularis a qua formatur, addendo simpliciter *i* sine ulla exceptione. Pro reliquis personis idem observandum est ac in imperativo verbi intransitivi dictum est, quod nempe resumunt affixum indicativi cum characteristica subjunctivi, prima pluralis excepta, quæ eadem est ac prima pluralis indicativi.

Imperativum continuat.

2.	cs kol sku	*fac semper, incessanter.*
3.	k'es kol sts	
1.	kaes kol stn	
2.	es kól skui	
3.	k'es kó'ol sts	

Affixum hujus imperativi desumptum est ex præt. perf. continuato, excepta personâ secundâ utriusque numeri, quæ primitiva est.

Nota. Perfecta continuata finita in *stèn* formant constanter imperativum mutando *stèn* in *stèku*, sic:

2.	stèku	pl.	1.	stèm
3.	stès		2.	stèkui
			3.	stè'es

Subjunctivi præsens.

1.	iks kól m	*ut facio, facere debeo, volo.*
2.	aks kól m	
3.	ks kól ms	
1.	kaeks kól m	
2.	ks kól mp	
3.	ks kó'ol ms.	Vide Part II., cap. 6, § 2.

Perfectum.

1.	lu kóln	*cum fecerim.*

Ex perfecto indicat.

Imperf. et plusq. perf.

1. k'nèu kóln *facerem* vel *fecissem.*

Ex perf. indicativi.

Idem conditionatum.

1. k' (vel klu) kól n *si facerem* vel *fecissem.*

Ex perfect. indicativi.

Futurum 1*um.*

1. nè is kól m *cum fecero, quand je ferai.*
2. nè as kól m
3. nè s kòl s
1. nè kaes kol m
2. nè s kòl mp
3. nè s kó'ols

Futurum 2*um.*

1. ne isuis kól m *postquam fecero.*

Ex futuro præced.

Futurum 3*um conditionatum.*

tneslchlchmi, *plura ligo.*	tneleslchmí, *iterum ligo.*	tneslchmluísi, *frequenter ligo.*	tnesllchmí, *leviter ligo.*

TABULA VERBORUM CUM DERIVATIS.

Reciprocum.	Reflexum in *isti.*	Reflexum in *zuti.*	Gentile seu Collectivum.
kaesazasmnuègui, *nos mutuo ligamus.**		tnesaznzuti, *meipsum ligo.*	
kaes'azganuègui, *nos mutuo aspicimus.*	,,	tnesazganzuti, *meipsum aspicio.*‡	tnesazgaltúmschi, *gentem aspicio.*
kaes'choschtuègui, *pro invicem oramus.*	,,	tnes'choschszuti, *pro meipso oro.*§	tnes'choschltumschi, *pro populo oro.*
kaes'chlenuègui, *nos mutuo premimus.*	tnes'chlèmísti, *incumbo mihi ipsi.*	tnes'chlenzúti, *incumbo alicui rei.*	tnes'chlèltumschi, *genti incumbo.*
kaes èpnuègui, *nos mutuo abstergimus.*	tnès èpsisti, *meipsum abstergo.*	tnesepnzùti, *meipsum abstergo.*	tnes'èpltumschi, *gentem abstergo.*
kaesgolstuègui, *nos mutuo deserimus.*	tnesgolmísti, *meipsum projicio.**2	,,	tnesgolltumschi, *gentem desero.*
,,	tneskolmísti, *se fayonner.*	tneskolszúti, *pro me operor.*	tneskolltumschi, *pro gente operor.*
kaes'chiokonuègui, *nos mutuo calumniamur.*	tnesiokoisti, *mihi mentior.*	tnes'chiòkonzúti, *meipsum calumnior.*‡2	tnes'chiokoltumschi, *gentem calumnior.*
kaeslckanuègui, *nos mutuo humamus.*	tneslàckaisti, *meipsum tumulo* §2	tneslckanzuti, *meipsum humo.*	tneslckaltumschi, *mortuos sepelio.*
kaeslchnuègui, *nos mutuo ligamus.*	,,	tneslchnzuti, *meipsum ligo.*	tneslchltumschi, *gentem ligo.*

TABULA VERBORUM CUM DERIVATIS.

Copulativum.	Relativum indef. et definit.	Volitivum.	Substantivum factor.
tnès azèusi, *duo simul ligo.*†	ies àzschítm, iesázltêm.	tnesnazmèlsi, *ligare cupio.*	sguàzim, *ligator.*
	ies'azgaschtm, ies àzgàltm.	tnesn'azgamèlsi, *aspicere cupio.*	sgu àzgam, *speculator.*
	ies'chàuschtm, *oro pro ...*	tnesnchòmèlsi, *orare cupio.*	sguchaúm, *orator.*
tnes chleusi, *aliquid in alto positum sustento.*		tnesnchlemèlsi, *premere cupio.*	sgu chlo èm, *pressor.*
„	ies èpschtm, ies èpltm.	tnesnèpmèlsi, *absteryere cupio.*	sgu èpm, *qui abstergit.*
„	iesgoèlschtm, ieskólltm.	tnes'ngolmèlsi, *abjicere cupio.*	
	ieskólschtm, ieskólltm.	tnesnkolmèlsi, *operari cupio.*	sgu kólm, *factor.*
„	ies iokoschtm, ies iòkoltm.	tnesnikoistèlsi, *mentiri cupio.*	„
„	ièsláckaschtm, ieslackaltm,	tnesnlckamèlsi, *humare cupio.*	sgu làckam, *fossor, fossoyeur.*
tnesIcheùsi,	ièslchschtm, ieslchltem.	tnesnlchmèlsi, *ligare cupio.*	sgulchìm, *ligator.*

TABULA VERBORUM CUM DERIVATIS.

Substantivum attributionis.	Substantivum abstractum.	Substantivum instrumentale.	Adjectivum habens vim participii passivi.
	s'azíz, *ligatio, ligatura.*	azmìntn, *ligamen.*	sz'àz, *quod ligatum est.*
azgaèmn, *aspiciando deditus.*	s'azga, *oblutus, regard.*	àzgamn, *observatorium, longue vue.*	s'zázga, *quod observatum est.*
chochòmúl, *orationi deditus.*	s'cháu, *oratio.*	nchàumn, *preces.*	szchaú, *quod oratum est.*
chlèmistèmn, *qui amat aliis incumbere.*	s'chlè'e, *pressio.*	nchlèctím, *torcular.*	szchlée, *quod pressum est.*
èpmèmn, *abstergendo deditus.*	s'èp, *abstergio,*	,,	s'zèp, *quod abstersum est.*
golmèmn, *qui omnia projicit.*	sgoèlmn, ǂ²	,,	szgaèl, *quod abjectum est.*
kolsztèmn, *operando deditus.*	skól, *factum, actio.*	n kólmn, *façon.*	szkól, *quod factum est.*
ikoistèmn, *mendacio deditus.*	siòkoist, *mendacium.*	,,	sziokoist, *quod quis mentitus est.*
,,	slàcka, *humatio.*	,,	szlácka, *quod humatum est.*
,,	slchìch, *ligatura.*	lchmintn, *ligamen.*	szlich, *quod ligatum est.*

Notanda.

* Cum hoc verbum frequentius pro equis capistrandis usurpatur, reciprocum habet *us* interpositum pro chespin=*collum*, ita ut ad litt. sit *se jeter la corde au cou l'un l'autre à la manière des chevaux.*

† Si huic verbo interponatur præpositio *ch* fiet verbum locativum tnes'chazeûsi =*appendo, suspendo*, a quo derivatur substantivum s'chazeûs=*vexillum*, ac etiam dies dominica, sic dicta a vexillo illa die n duce suspendi solito.

‡ Verbum tnes'azgai habet reflexum quadruplex: 1. tnes azganzuti, *me ipsum aspicio;* 2. tnes'azgaszuti, *me aspicio in* v. g. *speculo;* 3. tnesazgamszûti, *ostentationem præ se ferre* (*attirer les regards des autres*) ob rem physicam v. g. pulchrum habitum; 4. tnes azgaszuti, *affectare se attentione dignum ob qualitatem moralem* v. g. valorem militarem.

§ Reciprocum, reflexum et gentile hujus verbi habet characterisiicam verbi relativi *sch=pro*, absurdum enim esset seipsum orare.

‖ Substantivum nchàumn est tamquam instrumentum quo oratur en sensu quo preces sunt media, quibus a Deo gratias obtinamus et hoc substantivo Selici frequentius utuntur quàm s'chàu=*oratio*.

¶ Substantivum attributionis desumitur ex reflexo in isti.

*² Significatio reflexi tnesgolmisti est: *je me jette pour mort, v[illegible]us la bataille* (*c'est le mot des guerriers*).

†² Hoc verbo appellatur diabolus.

‡² Reciprocum, reflexum et gentile habent præpositionem *ch* interpositam; scilicet: *mentior de, circa aliquem*, id est calumnior. Radix hujus verbi est ex reflexo in *isti*.

§² Hoc verbo utuntur Selici cum domunculas terreas ad sudandum componunt.

CAPUT 6um.

De Adverbio.

ADVERBIA TEMPORIS.

spistem? *quando* (relat. ad præt.)
pistèm? *quando* (relat. ad fut.)
ict'Igoa, *nunc, hodie, à present, aujourd'hui.*
tsnò, *nuper.*
kasíp, *diu, serò.*
skasíp, *jamdiu.*
Iu tskasíp, *jamdudàm, jadis.*
spiszelt, *heri.*
schièus, *semper.*
taguí, *nunquam, jamais.*
tankò, *pas une fois seulement.*
agal, *quoties.*
lschèi, *tunc.*
Iu lschei, *tum, cum, lorsque* (relat. ad præt.)
Iu ne, *tum, cum, lorsque* (relat. ad fut.)
zíúzi, *nondum, antequam.*
tlè, *jam, deja.*
isiz, *recenter, il n'est pas long temps.*
ie isiz, *idem.*
agalàskat, *quotidie.*
àgalskuèkust, *quotidie mane.*
àgal chelùg, *quotidie vespere.*
zitsnkoàskat, *nudius tertius.*
schèi s'chalàskat, *nudius quartus, il y a trois jours.*
galíp, *cras* (relat. ad præt.) *le lendemain.*
no galíp, *cras, demain.*
gacít, *sæpe, frequenter.*
lúet, *raro.*
i'nknko, *interdum, quelquefois seulement.*
tashòi, *incessanter.*
chmilkomaskat, *tota die.*
tel skuèkust u chelùg, *de mane usque ad vesperum.*
agal spèntich, *quotannis.*
kuín chaskat, *quot dies, combien de jours.*
nkoaskat, *una die.*
aslaskat, *biduo.*
chalaskat, *tres dies.*
màskat, *quatuor dies.*
zilchstaskat, *quinque dies.*
tckanchstaskat, *sex dies.*
spelchaskat, *septem dies.*
hanmàskat, *octo dies.*
gantàskat, *novem dies.*
opuchstaskat, *decem dies.*

Nota. Numerus dierum nuper citatus cum interrogatione kuinchaskat respicit tantum tempus præteritum, sed habet etiam præsens et futurum; in sensu præsenti præponitur schè (pro schei, *hic* vel *hoc*) et consonans *s*, sic:

aslaskat, *il y a deux jours;* sche s'chalaskat, *il y a trois jours*, etc.

In sensu autem futuro præmittitur tantum syllaba nem, sic: nèm aslàskat, *il y aura deux jours.*

ADVERBIA STATUS IN LOCO,

Quæ reguntur a præpositione *l.*

chen, *ubi?*
lechèn, *ubi.*
ièlè, *hic, ici.*
ziò, *ibi* (indefin.)
lschei, *ibi, là* (definit.)
lzí'i, *ibi* (est), *là il est.*
potulschei, *ibi, precisement là.*
lulschei, *ibi, ubi, là où.*
lschèi legù, *eo loco.*
lchíchet, *propè, tout près.*
lchsagam, *proximè.*
lkat, *longe.*
ln kólègu, *alibi.*
lnúist, *supra, sursum.*
lmischút, *infra, en bas.*
lesmilko, *ubique.*
lesmilkomùlègu, *ubique locorum.*
lstóligu, *humi.*
lkolischùt, *infra, au dessous.*
lchòlzke, *extra, en dehors.*
lchólègu, *in loco deserto.*
lchoóut, *in loco deserto.*
ls'chitezís, *retro* (inanim.), *derrière.*
lkolnchemep, *ante januam.*
lniskót, *trans flumen, à l'autre bord.*
ièzch'ch'o, *cis, en deça.*
lu e lu, *ibi, là bas* (indef.)

Nota. Cum substantiva loco adverbiorum adhibentur more substantivorum declinantur, præposito scilicet pronomine possessivo *i,* meus, a, um, *a,* tuus, a, um, sic:

l'i'smilchemèls, *in facie mea,* id est *coram me.*
l'as'chzhechst, *ad dexteram tuam.*
ls'chzíkue's, *ad sinistram ejus.*
l'snchmickmp, *ad tergum vestrum, derrière vous.*

Carent enim adverbiis absolutis, ante, retro, etc.

ADVERBIA MOTUS AD LOCUM,

Quæ reguntur a præpositione *ch.* ad.

chechèn? *quo.*
ièchè, *huc.*
ièch'ch'è, *huc versus, par ici.*
zíchzí, *illuc, là bas* (indefin.)
lúchlú, *illuc.*
ch sch'èi, *illuc, là* (defin.)
chn kólegu, *aliò, ailleurs.*
chlkót, *longe.*
chmischút, *deorsum, infra.*
chmuist, *sursum.*
chèsmilko, *quocumque.*
chutèmteh, *down the river.*
chzí, *illuc, là* (*pas loin*).
chlù, *illuc, là.*
luchschei u, *illuc ubi* vel *quò; là où.*

ADVERBIA MOTUS DE PER LOCUM,

Quæ reguntur a præpositione *tel*, ex.

tèl chèn ? *unde ? d'où.*
iè tel è, *hinc, d'ici.*
ièt è, *hinc, d'ici.*
telschei, *inde, de là* (detin.)
Iu tetehlu, *inde, e longe* (indef.), *du loin, de là bas.*
tel lehíchet, *e propè, de près.*
telnuist, *desuper, d'en haut.*
lú tei schei u, *inde unde, de là où.*

Nota. Eadem adverbia temporis et status in loco fiunt adverbia motus addita vel mutata prepositione juxta sensum.

ADVERBIA QUANTITATIS.

kuínch, *quot, combien* (inanim.)
chkuinkuinch, *quot* (anim.)
goèit, *multum, multi* (inanim.)
ch goègoèit, *multi* (anim.)
Iûet, *parum, pauci* (inanim.)
ch Iûet, *pauci* (anim.)
èsmílko, *totum, le tout.*
èsià, *omnes, omnia.*
s'chût, *pars, dimidium, la moitié, une partie.*
gaílgoeit, *bene multi, satis multum.*
goà kuínch, *nescio quot ? je ne sais combien.*
potu schei, *tot præcisi.*
i potu schei, *æque, nec multum nec parum, une juste quantité.*
gail ta, *vix, fere nihil, a peine.*
ta, *nihil.*

ADVERBIA AFFIRMATIONIS ET NEGATIONIS.

u nèli (communius unè), *utique, oui.*
schèi, *ita est, c'est cela.*
unègu, *vere, vraiment.*
itemí, *sine dubio.*
itemí schèi, *indubitanter est ita.*
tà, *non* (absolute vel cum perf. indicat.)
tàm, *non* (cum præsenti).
tàguí, *absit, minquam, jamais.*
tamà, *nonne.*
goà, *forte, peut-être.*
ta smistèn, *nescio.*
itemûs, *frustra, en vain.*
il'temmûs, *sine ratione.*
gel it temmus, *immeritò.*
a ? *ne ?* postponitur a Selicis, anteponitur a Kalispelm.

CAPUT 8um.

Præpositio.

Pleræque præpositiones nominibus et verbis copulatæ inveniuntur (vide Verba Locativa) quæ vero separatæ a nominibus in oratione locum habent, potius adverbia sunt quàm præpositiones. Sunt autem quædam syllaba vel consonantes quæ nominibus præponuntur at præpositionum locum tenent.

ch = *ad, versus, apud* (motus ad).
l = *in* (status in) *dans.*
tcl = *ex, ab.*
t = *cum, avec* (regit nomina instrumentalia).
u = *usque, usque ad.*
gol = *propter.*
lkai = *cum, avec* (anim.)

CAPUT 9um.

Interjectio.

Quædam interjectiones propriæ sunt virorum, quædam mulierum, quædam communes.

PROPRIÆ VIRORUM.

iò!	admirationis vel lætitiæ.
he iah iò,	doloris.
iatgaè,	*c'est dommage.*

PROPRIÆ MULIERUM.

nèh! admirationis.	uèh! improbantis.
nh! idem.	eh nò! doloris.

INTERJECTIONES COMMUNES.

ıni, *quæso, de grace, s'il vous plait* (semper præponitur phrasi).
gest! *bene, recte.*
hem! *hem.*
hoi! *cessa, siste.*
komi, *utinam.*
ma! (pro mi azgant) *vide, tiens, tenez.*
mil! *iræ.*
igu! *euge, allons, voyons, courage.*
kuenú! *expecta, arrête.*
tlo kuseli, *recedo, recule.*
tls'kiu, *recedite.*
stem? *quid est hoc.*
ustem, *quid ergo.*
lschei kuemt! *esto, soit.*
ksez s'chèni, *comment.*
ksez s'chèni uta! *comment non.*
ıı, interjectio approbationis.

CAPUT 10ᵘᵐ.

Conjunctio.

u, *et, etiam, adhuc.*
nègu, *et, etiam.*
nè, lunè, } *si* (cum subjunc.)
gèu, *sed, tamen, quoquomodo.*
nèli, *quia, quoniam, etenim.*
kuèmt, *præterea.*
kó, *ergo.*
èmùn, *licet, quamvis, quoique.*
nèuè, *licet, quand même.*

PARS SECUNDA.

DILUCIDATIONES IN RUDIMENTA.

CAPUT 1um.

De Recta Pronunciatione.

§ 1.

Lingua Selica abundat consonantibus, et non rarò accidit ut quatuor vel quinque vel etiam septem et octo consonantes in uno vocabulo reperiantur, sine ulla vocali intermedia, quod licet satis incommodum primo intuitu videri possit, in praxi tamen nulla interest difficultas, ut ex regulis patebit.

Circa pronunciationem consonantum hoc observandum est.

1. Consonans *g* gutturalis est, sed multo lenior quam *g* hispanica seu arabica, præsertim verò ante *u* et *l* sonat ut *ch* vel *g* germanica in voce *könig*, etc., sic: skaltmigu, *vir;* suígt, *rima, fente dans le bois;* tlágt, *agilis ad currendum;* ttúgt, *rota!*, etc., gutturalis *g* vix auditur.

2. Consonans l peculiaris omnino est Selicis: hæc autem consonans, quippe quæ Europæis prorsus ignota multis difficultatem præbuit, et alii per *thl* anglicum, alii per *tl*, alii per *gl* expressam voluerunt: nulla tamen ex eis admitti potest, cum l selicum sit stricte et unice palatalis (vide pag. 1) quæ consonans cum sit characteristica diminutivi, sive nominis sive verbi, leniter valde pronunciando est.

3. Consonans *m* in fine dictionum, præcedente alia consonante pronuntiatur ut ĕm, ut sunt præsertim verba activa realia, sic: iéskólm, *facio*, pronuncia ieskólĕm; iesgalítm, pronuncia iesgalítĕm: iesníchm, *seco*, pronuncia iesníchĕm, etc.

Item *m* inter duas consonantes sonat ut im, præsertim si consonans præcedens est *s*, sic: smgeíchm, *ursus*, pronuncia símgeichm; smlích, *saumon*, pronuntia símlich, licet post *m* non sequatur consonans sed *m* habeat apostrophen (') ut. s'm'em.

4. Quod dictum est de consonante *m*. observandum est etiam in consonanto *n*, sive in fine dictionis sit sive inter duas consonantes. Hinc quoties post characte-

risticam verborum tnes vel chnes, etc, intervenit *n* cum alia consonante, pronuntiatur ut în, sic: tnesntelsi, *puto*, pronuntia tnesîntelsi; asnzikam, *terram fodis*, pronuntia asînzikam.

Characteristica vero *tn* vel *chn* sive sequatur consonans sive vocalis semper pronuntiatur ut tên, chên, vel chîn, sic: tnesnkuèni, *eligo*, sonat tênèsinkuèni vel chinèsinkuèni; tnólschiztm, *ignem accendi* (perf.), sonat tênólschiztêm, etc.

Sicut etiam verba omnia quæ habent vim participii passivi, sic: sznmól, *aqua quæ hausta est*, sonat szînmól (a tnesmóli, *aquam haurio*); szntkús, *quod additum est*, sonat szîntkús a tnesntkúsi, *addo*.

5. Consonans *z* dura est more germanico. Forte non inutile erit, quod qui idiomata indica scripto tradiderunt, omnes eliminant consonantem *z*, cujus loco sufficiunt consonantes *ts*, quæ consonantes, quidquid sit de aliis linguis, magnum sane incommodum linguæ Selicæ parerent; etenim cum sæpe compositio vel syntaxis verborum requirat *t* ante *s*, ut in casu nominativo et in ablativo instrumenti, non solum pronuntiatio sed etiam significatio propter amphibologiam et erroneam orthographicam vitiosa esset.

6. Quælibet consonans cum apostrophe sumit sonum vocalis sequentis; sic: tnes'chgut'tclsi, *irascor*, pronuncia tenès chgultêtélsi,; l'eù, *pater*, pronuncia lê èù; s'm'èm, *mulier*, pronuncia si me èm.

Idem dicas de plurali nominum, cum radix sine vocali duplicatur: luk, *lignum*. pl. lklúk, sonat lkûluk; kutunt, *magnus*, pl. ktkutunt, pronuntia kûtkutûnt.

Etiam in verbis reduplicationis: iesplpolstm, *plures occido*, sonat iespôlpostm; iesnmetlm, *misceo*, iesnmtlmetlm, *plura misceo*, pronuntia iesinmêtlmètlêm.

Generatim ad tollendam omnem difficultatem in pronuntiatione, hoc dici potest, quod quoties duæ vel plures consonantes intersunt dictioni, præsertim si nec mutæ sint nec liquidæ, semper audiatur sonus vocalis *e* vel *i* intermediæ (semimutæ tamen ut in voce gallicâ *parcëque*), sic: ésplptlschín, *discalceatus*, sonat éspêlpêtlêschín, vel espîlpîtlêschín; iesptptkum (redupl.), *pluries pungo*, sonat iespîtpîtkûm; tnespspma, *despondeo*, pronuntia tênèspêspêmâ, etc.

§ 2. *De Accentu.*

Accentus sive gravis sivo acutus distinguit consonantes longas a brevibus (pag. 2.) quodlibet vocalem polysillabum (non compositum) plerumque habet unicum accentum: mómkozin, *hirundo;* lkoíkoko (diminut.), *vitulus infra sex menses.*

In plurali nominum et in verbis reduplicativis, si duplicitur radix cum accentu, etiam accentus repetitur, sic: sti'ichmísch, *puella*, pl. stí tí ischemísh; chílélgu. *cortex*, pl. chíchílégu; ies'azgam, *aspicio;* ies áz ázgam etc.

Verba composita retinent accentum proprium vocis primitivæ: tneslkukuièzmi, *submissa voce loquor* (*e* pro *i*: oritur enim ex lkûkuîtmi, *parvus*); tnes'chlelkèschini, *illido, pedibus offendo*, ex iestelkem, *calcibus aliquem peto.*

Accentus sivo acuti sivo gravis prolongatio magnam tribuit orationi vim et emphasim, notatque vel diurnitatem actionis, vel qualitatem vel quantitatem juxta sensum, et maxime in usu est, sic:

Hipè ` ` ` ` ` is, pro simpliciter Hipèis, *pluit* (præt. perf.), plus dicit, quam si adderetur adverbium goeit, *multum*, vel kasip, *diu*.
iagamènch, *amo* (vide Part III., § 16.); ingamè ` ` ` ` ` nch, *amo amore incredibili*.
tnaímt, *indignatus sum;* tnaí ` ` ` ` mt, *maxime indignatus sum*.

Hæc autem emphasis per accentûs prolongationem non solum locum habet in nominibus et verbis, sed in qualibet orationis parte.

Cum verò emphasis respicit pronomen personale 1æ et 2æ personæ exprimitur per repetitionem ejusdem pronominis sed absoluti (vide cap. 5, § 1).

Ne quis in vocibus quibusdam sive loquendo sive scribendo facile decipiatur propter analogiam; orthographiæ hic claritatis causâ subjiciuntur:

és schi it, *primus;* és chíte, *arbor*.
ès kòlkei, *serit, il sème;* eskolkèi, *imago, une image*.
gngèmt, *graves, pesants;* kmkèmt, *tacet, il ne parle pas*.
gcúlègu, *serpent à sonnette;* gocúlègu, *loca multa*.
gamít, *aruit, s'est séché;* kamip, *iram remisit, il s'est calmé*.
kulkúilt, *purpura, de l'ecarlate;* gulguílt, *debitum, une dette*.
kuènt, *accipe;* kuc'ènt, *morde;* kuèmt, *insuper*.
spkamí, *cygnus, un cygne;* spkamí, *le soleil*.
tàpskèligu, *il decharge son fusil;* tàcpskèligu, *nemo est, il n'y a personne*.
tnèsgoàkoi, *limo* vel *modo;* tneszkoákoi, *ploro*.
tnespogtílschi, *adolesco;* tnèspogtuílschi, *senesco*.
tntllil, *mortuus sum* vel *viribus defeci;* itntlil, *quievi, je me tiens tranquille*.
tnès sústi, *bibo;* tnès ústi, *mergor*.
iestelím, *rumpo;* iesttelím, *lacero;* iestelím, *luto linòre*.
iestipím, *demitto, descendre quelque chose;* ièsttipim, *præcipitem do*.

CAPUT 2um.

Nomen Substantivum.

DE DIFFERENTIA ET FORMATIONE SUBSTANTIVORUM.

Substantivorum species quintuplex est: substantivum abstractum, instrumentale, officiale, attributivum et locativum, quæ omnia vel a verbo vel ab adjectivo correspondente derivantur.

§ 1. *Substantiva abstracta.*

Substantiva abstracta præferunt consonantem *s* pro characteristica, quæ consonans præfixa radicibus verborum, vide cap. 6, § 1; vel adjectivo simplici format substantivum abstractum, sic:

tnèsz'eschmi, *me pudet*, radix est z'esch, cui præposita consonante *s*, erit, sz'esch, *pudor, dedecus, honte.*
tneslémti, *gaudeo, sum contentus*, ex radice lèmt, fiet slèmt, *gaudium, lætitia.*

Item ex adjectivis: gest, *bonus*, sgest, *bonitas;* tèie, *malus*, steie, *malitia;* kutunt, *magnus*, skutunt. *magnitudo;* gópt, *piger*, s'gopt, *pigritia.*

Usum autem substantivi abstractivi vide in Syntaxi.

§ 2. *Substantivum instrumentale.*

Substantiva finita in *tn* (tën) plerumquo instrumentalia sunt et derivantur a verbis.

tó emintn, *malleus*, ex tnèstè'emi, *tundo.*
tlelulègutn, *aratrum*, ex tnestlelúlégui, *terram lacero*, id est *aro.*
kaomíntn, *instrumentum quodvis, quo aliquid frangitur*, ex tnèskaomí, *frango*, etc.

Regula autem generalis pro formatione substantivi instrumentalis hic non datur, affixum enim verbi multis subjicitur exceptionibus; sed ideo tantum verbum feci de his et aliis substantivis, quæ sequuntur, ut studiosus fontes, a quibus vocabula derivantur, per analysin facilius inveniat.

§ 3. *Substantiva officialia.*

Substantivis Latinorum finitis in *or*, respondent substantiva Selica, incipientia per *sgu* (forte ex verbo tnesgui, *vado, venio,*) quæ syllaba præfixa verbis activis realibus, loco characteristicæ *ies*, formant substantivum; *factor* rei de qua agitur. Sic, ex

ies azgam, *aspicio*, fit sgu azgam, *speculator.*
ex iestkóm, *suo, coudre*, fit sgu tkóm, *sutor.*
ex ies'chaum, *oro*, fit sgu-cháum, *orator* (ille qui habet officium præcedendi alios in recitandis precibus).

Sed sgutomísten, *mercator*, non admittit affixum *m* verbi iestomisten (*mercor*) et quædam alia.

§ 4. *Substantiva attributiva.*

A substantivis nuper expositis valde differunt substantiva finita in emn vel uĭ, quæ quidem respondent etiam substantivis latinorum finitis in *or*, sed alia ratione; etenim substantiva incipientia in *sgu* dicunt tantum officium, quo aliquis fungitur, et supponit aliquem tertium a quo; substantiva vero finita in emn vel uĭ tribuuntur tantum virtuti vel vitio, seu dicunt aliquem esse deditum rei de quâ agitur: hinc est quod substantiva incipientia per sgu dicuntur officialia; finita vero in emn vel uĭ dicuntur attributiva.

tnes'chs'chísti, *exploro;* sgu ch'chist, *explorator,* seu *qui habet officium explorandi missus per alium;* ch's'chist'emn, *explorator,* seu *qui vel præ nimiâ diligentiâ vel timore explorando deditus est.*

tnèsngalizni, *cibum mendico;* sgu ngalizn, *qui mittitur ad cibum mendicandum;* ngalzu'emn, *qui cibum mendicando deditus est.*

tnestemisti, *mercor;* sgu-tomíst, *mercator, marchand;* tomist èmn, *qui emendo et vendendo deditus est.*

Nota 1. Substantiva officialia, quorum actio tendit in objectum animatum plerumque sumuntur ex verbis reflexis in *zuti,* mutato affixo *i* in *n.*

iesnkonminm, *misereor;* nkomnn zutn, *miserator.*
iesólkschitm, *auxilior;* olkschs zutn, *auxiliator,* etc.

Nota 2. Quædam substantiva loco syllabæ emn assumunt syllabam uĭ, quæ præsertim substantiva admittunt reduplicationem, cum necessario dicunt frequentationem actionis; hujusmodi sunt:

choehom'uĭ, *orationi deditus;* ex ies' chaum, *oro.*
kolkoltuĭ, *loquax, un babillard;* ex tlneskolkoelti, *loquor.*
chlehĭp uĭ, *venationi deditus;* ex tnès'chĭpmi, *venor,* etc.

§ 5. *Substantiva locativa.*

Quæ locativa dicuntur, indicant locum in quo actio verbi exercetur. Formantur autem a substantivo instrumentali, præpositis consonantibus *sn* (sĭn) quarum ultima supplet præpositioni *intus* (vide Localitas supra).

iesĭkóm, *repono;* Ikomíntn, *instrumentum quodlibet, quo aliquid reponitur, sive furca sit vel aliud;* sn Ikomintn, *locus in quo reponitur aliquid, magasin.*

iesgóakom, *limo* vel *molo;* goakomn (instrum.), *lima* vel *mola;* sn goakomn (locativ.), *pistrinum, un moulin.*

ies'cháum, *oro;* nchâumn (instrum.), *preces;* snchaumn (locat.), *ecclesia.*

ieskolémp, *aliquid cubre coqui;* kolèptn (instrum.); snkoleptn (locat.), *fornax.* Etc.

Nota. Licet quædam verba non habeant substantivum instrumentale absolutum, tamen ad formandum substantivum locativum tribuitur verbo finalis in *tn* acsi instrumentum existeret; cui præponuntur consonantes *sn* ut dictum est, sic:

tnèsemúti, *habito;* sn emûtn, *habitatio;* ex emûtn, substantivum instrumentale, quod non existit.

De Natura Substantivorum.

Substantiva vel primitiva sunt vel derivata. Derivata sunt nuper exposita instrumentalia, officialia, etc., a quibus propriè loquendo, verbum simplex for-

mari nequit (formari tamen possunt plura verba composita). Primitiva verò radices sunt verborum simplicium quæ etiam primitiva dicuntur. Hujusmodi sunt:

gùlko, *rota;* tnèsgólkoi, *volvo, inverto, rouler.*
k'eschín, *calceamentum;* tnesk'eschinmi, *me calceo.*
sgélui, *maritus;* iesgéluim, *marito, as, prendre pour mari.*
nògnog, *uxor;* iesnògnogm (*quasi uxorare, prendre pour femme*).
skòi, *mater;* ieskòim, *loco matris habeo.*

Substantiva copulata verbo substantivo sum, vide infra, cap. 3, § 3.

CAPUT 4um.

Nomen Adjectivum.

Licet in lingua Selicâ non datur ea difficultas, quæ in quibusdam linguis indicis reperitur, quod nempe quodlibet adjectivum distinguatur inter objectum animatum et inanimatum, sunt tamen quædam adjectiva non promiscuo usurpanda (sicuti etiam quædam verba), sed alia relate ad res (inter quas etiam animalia numeranda sunt) alia relato ad personas distinguuntur. Ejusmodi sunt:

Animata.	Inanimata.
nkoèzlze, *plus;*	koèzt, *plenus.*
pgpgót, *senex;*	skasip, *vetus.**
kutualko, *adultus;*	kutunt, *magnus, altus.*
Ikukuimálako, *brevis statura;*	Iguiguézt, *brevis.*

Et nomen numerale, vide pag. 6.

§ 2. *Natura Adjectivorum.*

Adjectiva alia sunt primitiva, alia a verbis derivata, alia et ipsa verba sunt.

1. Primitiva ea fermo sunt, quæ denotant qualitatem rei intrinsecam, ut: gèmt, *gravis, pesant;* gèst, *bonus, pulcher;* must, *altus;* teie, *malus, deformis,* etc.

Quæ adjectiva licet primitiva dicantur, eo quod ex iis et substantiva abstracta

---

* Dicitur tamen pégt skagas (pro pgpgot snchizaskagae) *equus senex.* Item vox skasip, frequentius adhibetur composita cum substantivo et erit skaspl (vel skaap-si, substantivum incipiat per vocalem vel per s) ut skaspize (pro skasip sizém). *une vieille couverture,* skaspl k'eschín, *des souliers vieux,* etc.

(vido supra) et verba plura derivântur tamen et ipsa dici possunt verba, et præcise 3a persona singularis perfecti, ut patebit in verbificatione adjectivorum (infra vid.)

2. Quædam adjectiva a verbis derivantur, sic:

piák, *maturus*, ex tnèspíkami, *maturesco.*
inák, *putridus*, ex tnesinkami, *putresco* (de animali).
ituk, *putridus*, ex tnèsitkumi, *putresco* (de ligno).
gamip, *aridus*, ex tnésgampmi, *aresco.*
Ii íp, *macer*, ex tnesIi ipsni, *emacresco*, etc.

3. Alia demùm sunt verba realia et sunt 3a persona singularis vel præsentis vel præteriti continuati; præferunt enim syllabam continuationis *es*, sic:

észalmí, } *ægrotus* (est).
es'chzólèls, }
esnmkoíchn, *gibbus* (est), *bossu.*
es'chnmkein, *cæcus* (est).
esntkène, *surdus* (est), *unica aure.*
essúkuti, *inflatus* (est).
èsgèiu, *immaturus* (est), *crudus.*

Nota 1. Hæc adjectiva in oratione sæpe admittunt articulum Iu, seu pronomen relativum (vide infra, Part III., cap. 1.), sic:

ies'azgam Iu es'chzálèlsi, *aspicio qui ægrotus* (est), id est *ægrotum visito.*
taks'iIntgu Iu esgeiu, *ne comedas quod crudum* (est), etc.

Nota 2. His adjectivis (vel his verbis) utuntur Selici loco participii præsentis, præposito item articulo Iu, sic:

keíInt Iu èsotitschi (redupli.), *excita dormientes*, id est, *qui sunt dormientes.*

§ 3. *De Substant. et Adject. Verbificatis.*

Substantiva et adjectiva quoties copulantur cum verbo *sum* verbificantur, hoc est, præmittunt characteristicam *tn* (vel *chn*), *kn*, etc., verbi intransitivi, quæ characteristica, ut dictum est, æquivalet verbo substantivo. Bene tamen notanda sunt quæ sequuntur.

1. Substantivum indeclinabile manet per omnes modos et tempora, neque mutat finalem, neque admittit ullum affixum.

2. Characteristica imperativi et subjunctivi tiks, kuks, etc., et temporum quæ a præsenti subjunctivi derivantur mutatur in tikl, kukl, etc. (in substantivis tantùm) quæ characteristica dicit relationem ad aliquem tertium seu commodum vel incommodum vel possessionem (vide Syntax. de Verbo Possess.)

3. Tam substantivum quam adjectivum nullam habet characteristicam in tertia personâ utriusque numeri seu caret verbo *sum;* hinc

Indicat. præsens.

1.	tn ilcmígum	*sum dux, je suis chef.*
2.	ku ilmígum	*es dux.*
3.	ilmígum	*est dux.*
1.	kac ililmígum	*sumus duces.*
2.	p ilílmigum	*estis duces.*
3.	ililmígum	*sunt duces.*

Futurum.

1.	nèm tn ilmígum	*ero dux*, etc.

Imperativ. et Subjunct.

1.	tikl ilmígum	*ut sim dux.*
2.	kukl ilmígum	*ut sis* vel *esto dux.*
3.	kl ilmigum	*ut sit dux.*
1.	kackl ililmigum	*ut simus duces.*
2.	pkl ililmígum	*ut sitis duces.*
3.	kl ililmígum	*ut sint duces.*

Adjectivum indeclinabile quidem manet in indicativo, sed in imperativo et subjunctivo assumit affixum *i* verbi intransitivi, sic:

tnkonkoint	*sum pauper.*

Imperat. et Subjunct.

1.	tiks konkoínti	*ut sim pauper.*
2.	kuks konkointi	*ut sis* vel *esto pauper.*
3.	ks konkointi	*ut sit pauper.*

Nota. Modus exprimendi substantivum vel adjectivum verbificatum in sensu *continuato*, differt a verbis communibus; loco enim syllabæ *es* ponitur vocalis *i* non post sed anto characteristicam seu verbum sum, quæ vocalis remanet etiam in tertia personâ utriusque numeri. Notandum est etiam quod hæc vocalis accidentalis quidem est in multis adjectivis, sed in aliis pluribus ita inhæret, ut tamquam essentialiter copulata videatur, et qui etymologiam verborum non noverit, facile decipiatur in verbificatione adjectivorum incipientium per *i*, quorum pleraque non sunt simplicia sed composita a vocali continuationis *i*, sic:

ichitmèlgu, *nudus;* ichitás, *macer;* igam, *aridus* (naturaliter); ikoèu, *stultus;* itág, *amarus;* inas, *humidus;* ipúg, *fœtidus;* et alia ejusmodi, quæ copulata cum verbo *sum*, erunt itnchilmèlgu, *nudus sum;* ikuchitás, *macer es;* ipkoèu, *stulti estis*, etc.; et non tnichitmèlgu, kuichitàs, etc.

Igitur sensus substantivi vel adjectivi verbificati simpliciter erit

tnskaltmígu, *sum vir* (*hic et nunc*).*
tnilmígum, *sum dux* " "
tnkonkoint, *sum pauper* " "
tnsissúis, *sum fortis* " "

Præposita vero vocali *i* sensus erit

itnskaltmígu, *sum vir* (ut semper fui).
itnilmígum, *sum dux* (ut antea), *je suis encore chef.*
itnkonkoint, *sum pauper* (adhuc), *je suis toujours pauvre.*
itnsissuis, *sum fortis* (ut semper fui), etc.

Adjectiva significationis passivæ, seu radices verborum more adjectivorum usurpatas, vide infra, cap. 6, § 1.

§ 4. *De Derivatis ab Adjectivis.*

Præter substantiva abstracta, quæ formantur ab adjectivis præposita simpliciter *s* (ut supra, pag. 64), et verbum substantivum, formantur etiam:

1. Verba activa realia, plerumque in sensu *causativo*, præposita nempe characteristica *ies* et affixo apposito *m*.

ikoeu, *stultus;* ieskoeum, *stultifico, faire perdre la tête.*
kutunt, *magnus;* ieskutuntm, *magnifico, agrandir.*
tèie, *malus, improbus;* iestèiem, *quasi improbifico, rendre mauvais.*

2. Verba quæ latine inchoativa dicuntur, quorum characteristica finalis est *ilschi* (pag. 48, supra) sensus *intransitivi:* gópt, *piger;* tnésgóptílchi, *piger fio* (quasi pigresco), etc.

Quæ verba usurpari etiam possunt activè in sensu causativo, ut: iòiòot, *fortis;* tnesìoiòotílschi, *fortis evado;* iesìoiòtilschm, *fortem evadere facio*, etc.

3 Verba quædam reflexa in *szuti* ejusdem significationis, ac in verbis reflexis (pag. 36) dum est, sublata tamen ultima littera adjectivi, sic: tnèsìoiò zuti, *conor, s'efforcer.*

4. Quod si ultima littera intacta maneat, tum fiat verbum simulativum (supra, pag. 46): tnesìoìo t'suti, *fortem me esse affecto.*

Nota. Adjectiva a quibus verba supradicta derivantur, dicunt semper relationem ad objectum animatum et respiciunt aliquam animi qualitatem.

Derivationes quorumdem adjectivorum in unum collectas continet Tabula apposita.

---

* Hoc verbum etiam moraliter intelligendum est, et gallice diceretur, *agir en homme;* tám kuskaltmígu, *tu n'agis pas en homme;* kuklskaltmigu (Imperat.), *agis en homme.*

Tabula quorumdam Adjectivorum, cum suis Derivatis.

Adject. primitiv.	Substant. abstractum.	Verbum substantiv.	Activum causativum.	Inchoativum.	Reflexum.	Simulativum.
gèst, *bonus.*	sgèst, *bonitas.*	tngèst, *bonus sum.*	icsgestím, *bonum aficio aliquid.*	tnesgestilschi, *bonus evado.*	tngeslzut (defect.) *bene me gero.*	tnesgestszuti, *bonos mores simulo.*
gópt, *piger.*	sgópt, *pigritia.*	tngópt, *piger sum.*	iègsóptm, *aliquem ut pigrum habeo.*	tnesgoptílschi, *piger evado.*	,,	tnesgoptszuti, *ignaviam simulo.*
ikoeu, *stultus.*	iskoèu, *stultitia.*	itnkoèu, *stultus sum.*	ieskoèum, *stultum reddo.*	tneskokotilschi, *stultus evado.*	tneskomszúti, *meipsum stultum reddo.*	tneskokotszúti, *stultitiam affecto.*
ioiòot, *fortis.*	sioiòoł, *fortitudo.*	tnioioot, *fortis sum.*	iesioiootm, *fortifico.*	tnesiòiotilschi, *fortis evado.*	tnesioioszuti, *conor.*	tnesiòiotszuti, *fortitudinem simulo.*
konkoint, *pauper.*	skonkoint, *paupertas.*	tnkonkoint, *pauper sum.*	ieskonkointm, *pauperem facio.*	tneskonkontilschi, *pauper evado.*	tneskonmszuti *me pauperem reddo.*	tneskonkontszuti, *paupertatem affecto.*
koáukot, *impius, demens.*	skoaukot, *impietas.*	tnkoáukot, *impius sum.*	ièskokotím, *impium efficio.*	tneskokotilschi, *impius evado.*	tneskómszuti, *me impium reddo.*	tneskokotszuti, *impietatem affecto.*
kutunt, *magnus.*	skutunt, *magnitudo.*	tnkutunt, *magnus sum.*	ieskutúntm, *magnifico.*	tneskutntílschi, *magnus evado,* (inanim.)	,,	tneskutiszuti, *superbio.*
sisius, *intrepidus, fortis* (moral.)	s'sisiùs, *intrepiditas.*	tnsisius, *magnanimus sum.*	,,	tnèssisitilschi, *magnanimus evado.*	,,	tnessisiuszuti, *intrepiditatem affecto.*
teie, *malus.*	stcie, *malitia.*	tntcie, *malus sum.*	iesteiem, *aliquid bonum fædare* vel *ut improbum habeo aliquem.*	tnestiètilschi, *malus evado.*	,,	,,

CAPUT 4^um.

Nomen Numerale.

Numerus cardinalis verbificari potest et debet, quoties copulatur cum verbo *sum*, hoc tamen discrimine, quod numerus cardinalis relativus ad personas assumit tantum characteristicam verbi, ut in substantivis verbificatis dictum est; inanimatus verò assumit etiam affixum *i* in subjunctivo et imperativo, more adjectivorum.

Animatum: tnchoaksi, *sum unicus, solus.*
kaechesèl, *sumus duo.*
nèm pchchechelès, *eritis tres.*

Imperat. et Subjunct.

Animat.	Inanimat.
kaèks' chesél, *simus duo.*	ksesèli, *sint duo.*
ks'chchechelès, *sint tres.*	ks' chelèli, *sint tres.*
etc., etc.	ks mùsi.
	ks zíli.
	ks làckani.
	ks síspoli.
	ks henéni, etc.

Hoc substantivo fit numerus ordinalis (supra, pag. 8) et ex eodem fieri etiam potest et alius numerus distributivus, interposita reduplicatione, ubi opus fuerit et addito affixo *i*, hoc modo:

k'es'chnknaksi, *singuli* (animat.); k'es'chsèsèli, *bini;* k'eschchechelèli, *terni;* k'es'chmsmùsmsi, *quaterni*, etc., et conjungitur juxta personam.

Nota. Numerus distributivus hic expositus, respicit tantum tempus futurum seu imperativum; si enim referatur ad rem jam factam vel præsentem, tunc erit

kaechuáksi, *sumus singuli;* pès'chsèsèl, *bini estis;* es'ch'chechelès, *sunt terni*, etc.

CAPUT 5um.

De Pronomine.

1. Pronomen primitivum 2æ personæ pluralis duplicem habet formam in compositione, scilicet *p* et *mp* præponitur 2æ pluralis verbi cujuslibet intransitivi, vel activi absoluti (vide Paradigmata) et præponitur substantivis et etiam ipsi pronomini personali absoluto in casu vocativo (vide infra Syntax.): *mp* semper postponitur sive ad formandum 2am personam pluralem verbi activi realis, sive substantivis copuletur et est pronomen possessivum (vide supra, 9).

2. Etiam pronomen personale copulatur cum verbo *sum*, more substantivorum.

ku suèh? *tu quis* (es) vel *quis es* (tu)?
in keiè, *ego sum, c'est moi.*
ku anui kuiskusè'e (vocat.), *tu es, fili mi!*

Nota. Verbum *sum* copulatur cum pronomine personali in responsione seu in sensu simplici, non autem in phrasibus compositis (vide Synt., cap. 5, § 1).

CAPUT 6um.

De Verbo.

§ 1. *De Radicibus Verborum et earum usu.*

Quodlibet verbum componitur characteristica, radice et affixo. Sic in verbo intransitivo tnèslèmti, *gaudeo*, syllaba *tnes* est characteristica; syllaba *lèmt* est radix; syllaba *i* est affixum verbi.

Item in verbo activo reali, iesgoèlm, *projicio, desero*, syllaba *ies* est characteristica; syllaba *goèl* est radix; syllaba *m* est affixum.

Sed non in omnibus verbis intransitivis vel activis absolutis, affixum verbi est tantum *i;* sicuti non in omnibus activis realibus affixum verbi est tantum *m;* etenim in quolibet verbo intransitivo vel activo absoluto, quod habet accentum super affixum *i*, consonans præcedens non pertinet ad radicem, sed ad affixum, ut in verbis activis realibus, quæ habent item accentum super ultimam vocalem, eadem vocalis pertinet etiam ad affixum, non ad radicem. Sic in verbo tnèsazmi, *ligo*, radix est *az*, non *azm:* iesnkétím, *submergo*, radix est nk'ét.

Nota. Verba quæ in radice nullam habent vocalem, interponunt radici vocalem affixi: ieslzim, *verbero*, radix liz; ies lch im, *alligo*, radix lich; tnes psp nia, *despondeo*, radix psáp, etc.

Sunt etiam aliæ exceptiones in verbis finitis in *mi*, ut infra videre est: præ cæteris usus te plura docebit. Igitur ad eruendam radicem verborum regula generalis erit, auferre a 1a personâ præsentis characteristicam et affixum modo supra dictos. Sint verba:

tnes aíp mí, *curro*,	radix	erit	aíp.
tnes áui, *recito*,	„	„	au.
tnes chègul, *sicco*,	„	„	chègu.
tnes chlp mí, *venor*,	„	„	chlíp.
tnes gamp mí, *aresco*,	„	„	gamíp.
tnes ilmí, *jaculor*,	„	„	ilíl.
tnes lmkamí, *uror*,	„	„	lmák.
tnes itkumí, *putresco*,	„	„	itúk.
tnes ilp mí, *saucior*,	„	„	ilíp, etc.

Radix verbi intransitivi est 3a persona singularis perfecti; radix autem verbi activi nullam per se valorem habet, verùm adminiculis additis varias habet significationes et maximo in usu est, etenim

1. Radicibus verborum quorumlibet (etiam impersonalium) præposita consonante *s* fit substantivum abstractum:

tneskoelti, *onero, charger*, radix koèlt; hinc skoèlt, *onus, la charge.*
tneslgupmí, *noceo mihi, se faire du mal*, radix lgúp; hinc slgup, *vulnus, contusio*, etc.

Item in impersonalibus: esttipeisi, radix ttpéis, hinc sttipeis, *pluvia;* esneùti, *ventus spirat*, radix neùt; hinc snuèt, *ventus*, etc. Vide Tabula Verborum.

2. Si præter consonantem *s*, addatur consonans *z*, quæ consonans in compositione equivalet adverbio *inde* (vide supra, Verb. Locativ.) fiet forma adjectivi habentis vim participii passivi in *us* latinorum; hinc ex radice kol verbi tneskóli, *facio*, fiet skól, *factum, un fait;* szkól, *factus, a, um;* et declinabitur more substantivorum, præposito pronomine i, *meus*, a, *tuus*, etc., quod pronomen hic supplet pro persona a qua, et præposita etiam syllaba lu, *qui, quæ, quod* (vide Synt.) eritque

Sing.	lu isz kól, *a me factus, a, um*, vel *quod a me factum est.*	Plur.	lu kne sz kól.
	lù asz kól, *a te factus*, etc.		lu sz kól mp.
	lù sz kól is.*		lu sz ko ol is.

Nota. Cum hoc verbum (vel adject.) equivaleat participio passivo, hinc semper dicit relationem alicui substantivo præcedenti (Syntax., cap. 6, § 6).

3. Ex radice verbi activi copulatâ cum characteristicâ verbi intransitivi tnès fiunt adjectiva verbificata, significationis passivæ, ut participia in *us* latinorum:

tnes lieh, *sum ligatus*, ex radice lieh, verbi tneslehmí, *ligo;* kuès líz, *es vulneratus*, ex radice líz, verbi ieslzim, *verbero;* es lóg, *est terebratum, c'est percé*, ex radice lóg, verbi tneslgomí.

* Cum in oratione exprimitur pronomen primitivum znilz, *ille*, supprimitur finalis *is*.

Eadem ratione omnia verba activa sæpe passivè usurpantur, præsertim cum de rebus inanimatis agatur.

es'chtûg, *est additus*, ex tnes'chtgumi, *addo.*
eskolmznmáp (ostium) *est clausum*, ex tneskolmznmápi, *ostium claudo.*
eskolmch'hèp (ostium) *est apertum*, ex tneskolmch'hépi, *ostium aperio.*
eskoop (pellis) *est depsa, la peau est passée*, ex tneskoopmí, *pelles depsere.*
èskuèn, *est captus, il est pris*, ex tneskumel, *capio.*
eslacka, *est humatus, couvert de terre*, ex tneslackai, *humo.*
èslòk, *est sepositus, mis de coté*, ex tneslkomí, *sepono.*
eslóz, *est comminutus, est brisé*, ex tneslózi, *comminuo.*
esmích, *est sectus, est scié, coupé*, ex tnesmíchi, *seco, serro.*
esnimàp (aqua) *frigué*, ex esuimpma, *aqua frigel* (impers.)
esnmièp, *est accusatus*, ex tnesmièpi, *accuso.*
esnzísch (aqua) *est calefacta*, ex tnesnzichi, *aquam calefacio.*

Hæc forma dari potest etiam adjectivis prædicatis, cum aliquo modo passivam habere possunt significationem.

èsgèst (quasi) *bonificatus est.*
esteio (quasi) *improbificatus est.*
eskutunt (quasi) *magnificatus est, magnus factus est.*

Nota. Imperativum et subjunctiv. verbi passivi resumit affixum utriusque characteristicæ.

tik' eslchmi vel tik' èslchím, *ut sim ligatus.*
kuk'eslzmi vel kuk'èslzím, *ut sis verberatus.*
k'eslgomí vel k'èslgóm, *ut sit terebratum.*

Hinc patet, quare Selici numquam subjunctivo activo in sensu continuato utantur, daretur enim locus amphibologiæ, quæ numquam in eorum linguâ invenitur.

§ 2.

1. Imperativum simplex utriusque characteristicæ potius tempus *permissivum* dicendum est; pendet enim communiter a voluntate eorum qui jubentur, ac si subintelligeretur: *si velis* vel *per me licet.* Hinc paradigmatis verbi activi imperativum erit:

kolish, *operare* (si velis) vel *per me licet ut operares.*
kólnt, *fac* (si velis).

Si vero actio ponenda non relinquatur alterius voluntati sed a jubente pendeat, tum non imperativum simplex adhibetur, sed præsens subjunctivi vel simplex vel continuatum, quod ultimum maximam habet vim imperandi.

Igitur forma imperativi triplex est; vel enim dicit simplicem permissionem aut etiam votum imperantis et adhibetur imperativum simplex, vel dicit quandam civilitatem vel petitionem et præponitur imperativo communi syllaba *mi* (pro komi,

angl. *pray*, gall. *s'il vous plait*) vel dicit necessitatem, convenientiam vel absolutam imperantis voluntatem et tunc præsens subjunctivi tenebit locum imperativi, quo sensu habebit etiam primam personam singularis, et licet absurdum videri possit, ut aliquis seipsum jubeat facto tamen Selici seipsos jubent; hinc:

guìzlt (ex iesguízltm, *dono*), *dona, si velis.*
mi guìzlt, *quæso dona, de grace, s'il vous plait, donnez.*
Subj. 1. iksguìlzltm, *donare volo*, vel *debeo, donem ego.*
2. aks guìzltm, *des* (*you must give*).
Item continuat. ak' esguìzltm (*prends bien garde, ne manque pas de donner*).

Nota. Secunda persona imperativi adjectivi verbificati semper desumitur a subjunctivo: kuksgèsti, *esto bonus;* pksgèst, *estote boni*, etc.

2. Quoniam de subjunctivo sermo est, bene notandum est etiam, quod præsens subjunctivi supplet etiam pro verbis voluntatem, desiderium vel motum significantibus, nempe æquivalet gerundiis in *di* et *dum* latinorum, quin verbum præcedens exprimatur; ergo substantivum

tikskelkoèlti, valet: *opus est ut loquar*, vel *voluntatem* vel *desiderium habeo loquendi*, vel *ad loquendum vado.*

3. Infinitivum, quo Selici carent, etiam hoc temporo suppletur: kozuìs tikskóli, *dixit mihi ut operer, il m'a dit de travailler.*

Frequentius tamen infinitivum dependens a verbo præcedenti suppletur per substantivum abstractum æquivalens: hòists lu szkalkoèlts, *cessavit verba sua*, id est *loqui;* gamènchs smemszút, *amat ludere, il aime à jouer.*

Idem dicendum cum infinitivum est absolutum, seu sine personâ cui referatur et sine numero: hinc si dicas *malum est mentire*, vertes, teio lu sòikoist, *id est malum est mendacium.*

Infinitivum verò præteriti temporis resolvitur per perfectum indicativi: tutels kogvazltgu (ad litt. *putavi mihi dedisti*), hoc est *te dedisse mihi.*

In verbo negativo præponitur præsenti particula negativa *tam* et præterito *ta* (vide supra), verum interdum adhibetur etiam *ta* pro *tam* in præsenti, sed tunc significatio diversa est, etenim cum *ta* dicat tempus præteritum et verbum adhibeatur in præsenti, sequitur sensum phrasis habere aliquid mixtum præteriti et præsentis. Igitur sensus expressionis negativæ, tam kuiès'azgam, erit angl. *I am not looking at you;* scilicet, hic et nunc sine ulla relatione a parte ante.

Sed ta kuiès'azgam, erit gallice, *je ne t'ai pas regardé, ni te regarde*, id est, *je ne te regarde jamais.*

Verba impersonalia etiam intransitiva usurpantur in sensu relativo ad quem, supposita 3a personâ indefinitâ tamquam agente:

kaèttipèilils (ad litt.) *pluit nobis ille, la pluie nous a pris;* tamquam iesttipeiltm, *pluo alicui* (vide Verba Relativ. supra), quod ex iesttipèism, *pluo*, ex impersonali èsttipèisi, *pluit.*

De Verbis Intransitivis.

Nomine intransitivorum veniunt non solum verba primitiva et derivata, quæ nullam dicunt actionem ad extra, sed etiam derivata a primitivis, quæ dicunt actionem ad extra, ut sunt reciproca in *ùègui*, gentilia in *umschi*, et reflexa in *záti*, quæ verba nullum post se casum admittunt a verbo dependentem, sed absoluto semper adhibenda sunt et sequuntur paradigma verbi intransitivi. Quod si post se casum habeant, et transitiva fiant, sensum mutant et vim habent causativam (vide supra, pag. 47, § 11.) et hoc sensu omnia verba intransitiva, etiam derivata fieri possunt activa, et valde usitata sunt:

tnesòinî, *irrideo aliquem;* tnesòinzuti, *rideo;* ta koksòinzûtstgu, *ne me ridére facias.*

îesgolîtn, *appello;* kaesgaltuègui, *nos invicem appellamus;* ilnîguun kaegaltuègu Iils, *dux fecit nos mutuo appellare*, etc.

Verba diminutiva respiciunt non solum actionem sed etiam subjectum.

ieslspîm, *leviter flagello*, vel *puerulum flagello.*
tneslkókli, *operor aliquantulum*, vel *res minutas facio.*
tneslîlni, *modicam quid manduco*, etc.

Item tria hæc interrogativa:

tnè'zint? *quid dico, quid dixi?* tnezs'chèm? *quid facio?* tnes'chstèmi, *quid quæro?*

Etiam activa frequenter usurpantur in sensu relativo.

czînstn? *quid dixi* (perf. contin.)? czînstnn? *quid dixi tibi?* kaezinstgu? *quid dixisti mihi?* pik' czîntm? *quid dicam vobis?* es'chèstn, *quid feci?* es chèstnn, *quid feci tibi?* kaès chèstgu? *quid fecisti mihi?* kaes'chèlîls? *quid fecit (illi) nobis?* pik'ezs'chèum? *quid faciam vobis?*

CAPUT 7^um^.

De Adverbio.

Dua præsertim adverbia status, iêlê, *hic*, et lzî, *ibi*, frequenter usurpantur copulata cum verbo *sum*, more adjectivorum; sed duo notanda sunt.

1. Quod adverbium iêlê, quod, ut arbitror, componitur ex pronomine demonstrativo iê (*hoc*) et præpositione *l* (*in*) (quasi hoc in loco) admittit pronomen iê cum conjungitur verbo *sum;* tnl'ê, *sum hic, je suis ici.*

2. Quod utrumque adverbium frequentius fit verbum reale, scilicet cum characteristica et affixo verbi intransitivi et equivalet verbo *maneo*.

tnèstl' èlei, *maneo hìc;* tneslzii, *maneo ibi;* perf. tnlèle, *mansi hìc;* tnlzi *mansi ibi.*

Hinc imperativum non sequitur formam adjectivi verbificati, sed imperativum verbi intransitivi.

l'el èsch, *mane hìc;* l'eleui, *manete hìc;* lzisch, *mane ibi;* lziui, *manete ibi;* subjunct. tiks'élei, *ut maneam hìc;* tikslzii, *ut maneam ibi.*

Nota 1. Verbum tnezlzii interdum admittit, seu repetit idem adverbium absolutum ante se, emphasis gratiâ, lzi u tnlzi, *c'est là que je suis, que je reste.*

Nota 2. Utrumque adverbium verbificatum admittere etiam possunt aliquas ex particulis seu præpositionibus verbi locativi et tunc sensus requirit verbum correspondens subintellectum et mutant præpositionem status *l* in aliam juxta sensum.

ch zisch, *abi illuc;* tn'z't'èle, *inde huc veni, de là je suis venu ici.*

Nota 3. Eamdem sequuntur rationem adverbia quælibet verbificata, sive in imperativo, sive in sensu locativo usurpentur:

lkót, *longé;* tnlkót, *longe absum;* tkótsch, *hinc abi longe, discede hinc, éloigne toi.*

PARS TERTIA.

INTRODUCTIO AD SYNTAXIN.

Hoc iterum opus, hic iterum labor est: in obscuris enim versamur, cum nihil prorsus existat, ex quo regula ulla bene loquendi desumi potuerit; sed omnia ore tenus comparanda fuerint et prius per synthesin, postea per analysin procedendum fuerit. Hinc potius quam syntaxin, introductionem ad syntaxin appellavi; viam enim tantum sternet ad reliqua, quæ desunt, investiganda.

CAPUT 1um.

De Particulis u et ìu.

Hæ duæ particulæ u et lu, quæ indeclinabiles sunt, multimodam apud Selicos habent significationem, et cum sæpissime in oratione locum habeant, hinc eorum usus et valor apprime declarandus est et separatim

Particula *u* est: 1. pronomen relativum, relato ad personas definitas in casu recto.

kolinzutn esia u eskólists, nègu kokólis; ad litt. *Deus omnia qui fecit, etiam me fecit.*

Presertim verò subintellecto verbo *sum*.

Jesu Klist kolinzútu skusé'es u kaeln'èilals, *Jesus Christus Dei Filius* (est) *qui nos redemit.*

2. Est particula causativa (cur, quod) et indicatum postulat.

iten mús u kuesaimti, *non est ratio, cur indigneris.*

gol iszpupusènch u tnzkoako (perf.), *ob meum animi dolorem*, (est) *quod ploro, je pleure de chagrin.*

3. Est pleonasmus in phrasi emphatica, præsertim interrogativâ (gall. *et donc*).

u golstem koeheszinmntgu? u koanschnèn a? *et quare me verbis provocas? ergone hostis tuus (sum) ego?*

4. Æquivalet præpositioni *usque, usque ad, quoadusque* cum agitur de tempore, non de loco.

telskuèkust u chlûg u tnchlîp, *a mane usque ad vesperum* (est) *quod venatus sum;* ta is'itsch u galip, *non dormivi usque mane.*
Iu tel schei u tnz'ál ta ielgestilsch u ietlgoa; *ex eo quod informatus sum, non iterum bonus evasi* (convalui) *usque nunc.*

Item cum verbo: ta skolkoelt u tllíl; *non locutus est, quoadusque moreretur, il est mort sans parler.*

Nota. Copulativa nègu, *et,* in contextu semper mutatur in *u,* quæ vocalis minime confundenda est cum particula u, de qua loquimur.
Particula Iu est: 1. articulus præpositivus definitus (gall. *le, la*) animatus et inanimatus.

Iu skèligu u (*et* pro nègu) Iu guignèiul kolinzûtn epszkól, *homines et jumenta sunt opus Dei;* Iu sz'zíche ta epspiikalk, *iux pinea non habet fructus, les pommes de pin n'ont pas de pignons.*

Etiam si substantivum præcedatur a pronomine possessivo, more italico.

chèn Iu isolelmineh? *ubi* (est) *meum sclopatum?*

Item cum substantivum admittit aliquam præpositionem hæc semper postponitur articulo:

nè tu nèlkup Iu tel esmock; *cum descendero ex monte.*
k'tá as'ozko Iu tel amzítgu, *si non exiisses ex domo tua.*

Supprimitur autem cum substantivum præceditur a pronomine demonstrativo:

ni koguizlt zi schelmín, *quæso da mihi illum asciam;* kuènt iè luck, *accipe hoc lignum.*

Cum vero phrasis referatur ad objectum generale seu indeterminatum, articulus Iu libentius omittitur:

koaksguizltm s'iín, *da mihi cibum;* Iu nackaemn szizmelt nèm koaukót skèligu, *qui fures pueri, erunt impii homines.*

Vel cum substantivum partitive usurpatur:

smènigu Iu isztomíst, *tabacum* (est) *quod emi;* suèt Iu szkolchizsch? skolkusée, *quis* (est) *qui advenit? juvenes.*

Hæc autem particula tamquam articulus præpositivus præponitur etiam substantivis in casu vocativo:

zgui ui lu pisnkuskusigu, *venite vos fratres mei*, quasi, *venez o vous les mes freres.*

2. Est pronomen relativum *qui, quæ, quod*, in casibus obliquis animatis et inanimatis.

chsgu ûulzu iè isgusigult, lu spiszèlt u eskolkoèstgu, *adduxi ad te hos filios meos, quibus heri* (est) *quod locutus es;* ielesukûm antapmín lu kokólntgu, *refero arma tua, quæ mihi commandasti.*

Et in casu recto inanimato:

ihe spiikalk lu espiák, *Ecce hic fructus, qui* (sunt) *maturi.*

Atque etiam in casu recto animato vel inanimato, sed indefinito (gall. *celui qui*).

lu gamènchs kolinzútu èsguèschmists lu tčie, *qui amat Deum, odit malum;* iln iè tel esià lu ikulkuíl, itág; u lu ipkpík, itísch; *comede ex his omnibus; ea quæ rubra* (sunt) *amara sunt et ea quæ alba, dulcia* (sunt).

Interdum etiam in casu recto animato et definito:

skèligu lu gést, ta ksugélnis lu stllls; *homines qui boni* (sunt) *non timebant mortem.*

3. Præponitur etiam verbis, quæ habent præpositionem *gól*, propter, in subjunctivo et æquivalet articulo præpositivo ante infinitivum substantivum Italicum:

lu gol tiks imschi u eszkoakoi, *propter quod discessurus sum* (est) *quod ploraL*

4. Cum vero absoluta præponitur verbis, est adverbium temporis et significat quando vel quoties.

lu kskólntgu tć stem, kuks'chaûi, *quando locturus es aliquid, ora;* lu konschez, koes'choinzutmis, *quoties me vidit, orabat me.*

5. Denique particula lu non solum substantivis, adjectivis, pronominibus, verbis et præpositionibus, sed etiam adverbiis tanquam vel determinativa vel expletiva conjungitur: lu skasip, *jamdiu;* lu spiszelt, *heri;* lu tsue, *nuper*, etc. Adeo ut exceptis nominibus vel indeterminate vel partitive sumptis, ut dictum est, nullum fere sit vocabulum quod hanc particulam non præ se ferat, atque ex hoc ipso difficultas interpretationis oritur, cujus significatio e contextu et materiali ex locatione particulæ eruenda est, sic

gest skèligu (indef.) *boni indi, des bons sauvages;* gèst lu skèligu, *les bons indi, les sauvages sont bons;* lu gest skèligu *boni indi, les bons sauvages;* skèligu lu gest, *indi qui boni sunt.*

Nota. Articulus lu elidítur ante pronomina demonstrativa *i, hic* et *ei, ille*, sed *zi* accipit *i* ante se:

Vi, *hic* (determ.), *celui ci*; Vzi, *ille*

CAPUT 2um.

Nomen Substantivum.

§ 1

In nominibus neque distinguitur genus, quod unicum est, neque casus, proprie loquendo, sed numerus et persona relationis, ut dictum est in rudimentis. Qui verò latine vocantur casus sic distinguuntur.

Nominativus ut ab accusativo distingnatur, cum utrque in eadem phrasi concurrunt, exigit ante se consonantem *t*.

> Pólls askuśće t Piel, *percussit filium tuum Petrus:* vel vice versa: Pólls Piel t askusèć, *percussit Petrum filius tuus.*

Quam loquendi formam retinent Selici etiam cum nulla intervenit ambignitas, præsertim cum emphatice loquuntur.

> tsnèt u kuìzls lu asngapèus, u lu askeltich? Tkolinzútn: *quis dedit tibi animam et corpus? Deus.*

Hæc eadem consonans *t* necessario habet locum ante personam agentem in 3a persona indeterminata verbi significationis passivæ (vide infra, cap. 6, § 4).

Genitivus possessionis vel dependentiæ exprimitur præponendo possessorem rei possessæ (more anglico) cui ultimæ additur consonans *s*, seu pronomen possessivum personæ 3æ (supra, pag. 9: Pól skusc'es, ad litt., *Paulus filius ejus*, id est *Pauli ejus;* askoì zítgus, *mater tua domus ejus, domus matris tuæ.*

Nota. Loquendi modum iudorum accuratissimum consideres velim in duobus præsertim substantivis sequentibus: snkonín, *gratia, favor, beneficium, miseratio;* sgnìz zsch. *donum.* Quæ substantiva si in sensu possessivo adhibeantur, intervenìente tum personâ a qua, tum personâ cui donum vel gratia tribuitur, possessivum pronomen respicit non personam largientem donum; sed veluti si in dono vel gratia tribuenda, illa cederet etiam jure possessionis, pronomen possessivum spicit personam cui gratia confertur, et persona tribuens assumit præpositionem *(ex. Hinc ne rejicias gratiam Dei;* nequaquam dicent ta k'esgoèlstgn kolinzin snkonéns; *sed* dicent ta k'esgoèlstgu a snkonín tel kolinzutn: id est, *ne rejicias gratiam tuam ex Deo.*

Item stem lizi astèm? *isgnìz* zsch. tel islègt; *quid* (est) *res illa tua? Donum meum ex amico meo; c'est un present de mon camarade.*

Cum igitur hæc substantiva et alia ejusdem generis semper relationem ad aliquem dicere debent, si indeterminate usurpanda sunt, relatio erit ad 1am personam pluralem. Hinc sententiam: *gratiæ Dei multæ sunt,* vertes: goéit lu kaesnkonín tel knekolinzutn.

Dativus, seu in verbis dandi et reddendi præponitur sæpe præpositio *l* substantivo *cui*.

l suèt u guilzltgu lu asizem? l isinze; *cui dedisti lodicem tuam? fratri meo minori.*

Si vero, dativus sit pronominis personalis, cum verbis copulatur (vide verb. relat. mixt.) excepto pronomine personali absolute usurpato et repetito emphasis gratiâ, cui etiam eadem consonans *l* præficitur.

l anui u guizlzu lu isuazlkeit; ad litt. *tibi* (est) *quod dedi tibi indusium meum.*

Dativus commoditatis seu ablativus cum præpositione *pro* suppletur per consonantes kl præpositas substantivis vel pronominibus absolutis et inflectitur juxta personas, sunt enim consonantes characteristicæ verbi possessivi.

kl suét u kueskóli? *cui* vel *pro quo* (est) *quod operaris?* ikl koiè, *mihi, pour moi*; akl anui, *tibi, pour toi*; kl znilz, *illi, pour lui*; kackImpilé, *nobis, pour nous*; kl ililmígum, *pro ducibus, pour les chefs*, etc.

Nota. Si dativus commoditatis et genitivis possessionis in eadem sententiâ concurrant, consonantes kl præponuntur substantivo rei possidendæ.

kuent iè z'óliguèlgu, anl'eu kl k'eschis; *accipe hanc pellem corrotam, patris tui pro calceamentis ejus.*

Vocativus præter pronomen personale *ku = tu*, et *p = vos*, admittit etiam ante se pronomen possessivum.

koakssetn'em kuisgusigult, lu eskolkoèlstum, *audias me, tu fili mi! cum te alloquor.*

Sæpe etiam admittit particulam lu: u pezst'chéni lu pisukusgusigu! *quod facitis vos fratres mei!*

Nota. Adjectivum pgpgót, frequenter pro substantivo adhibetur et accipitur vel pro parentibus, vel pro consanguineis quibuscumque, majoribus natu tamen, vel parentum senioribus. Sed in casu vocativo numeri singularis rejicit reduplicationem: ta ksgoèlstum ku upgót (pro ku inpgot), *non te deseram, tu pater mi*, vel mater mea, vel quispuis alius sit, ex majoribus, cui sermo referatur.

Ablativus cum præpositione *a* vel *ab* personæ agentis in verbo significationis passivæ, suppletur per consonantem *t* (vide infra, cap. 6, § 1).

In verbo autem possessivo eadem præpositio vertitur per præpositionem correspondentem *tel*, quâ etiam vertitur ablativus cum præpositione *ex* vel *de*, cum motus de loco vel tempus significatur: tèl chen u kuz'zgui? tel sgutpkeín; *d'où (est ce) que tu viens? de la porte d'enfer:* lu tel nògnotnnzn, ta inkogèst tusúne tel a nui; *ex* (quo) *duxi te uxorem, nec unicum bonum* (verbum) *audivi ex te.*

Ablativus modi vel instrumenti admittit ante se consonantem *t* tamquam prapositionem (gall. *avec*): tstem u polstus? tsschensch, tluk, t ololím, etc; *avec quoi l' a-t-il battu, avec un pierre, avec un baton, avec un fer*, etc.

Substantivis significantibus materiam ex qua aliquid est, præponitur eadem consonans *t* (gall. *de*): I sípi lu isgetlschu, *mes mitasses sont de peau;* tlúk u epszooschin, *lignum habet crus, il a une jambe de bois.*

De Plurali Nominum.

Quod spectat ad numerum multitudinis observa, non adhiberi numerum pluralem, præsertim in sensu possessivo, quoties latine usurpari solet, scilicet collectivè sed tantum distributivo, cum sermo sit de re unica, quæ possideatur a pluribus. Igitur sententiam sequentem: *habitatio indorum ex pellibus confecta sunt*, non vertes: skèligu zizitgus tketite u eskikol; hoc enim significaret quemlibet indum, plures habere domos seu tentoria. Vertes igitur: skèligu zi itgus tkaetite u eskol (partative) aesi dicerес; *quodlibet habitorium indorum pellibus confectum est.*

Ergo pluralis nominum in sensu possessivo duplex est: vel enim de unica re sermo est, quæ ad plures pertinet et reduplicabitur tantum vocalis substantivi, non secus ac in 3a persona pluralis verborum dictum est; vel agitur de rebus pluribus ad singulos pertinentibus et tunc tantum radix etiam nominis duplicabitur juxta naturam substantivorum in numero plurali (vide supra, pag. 2).

§ 2. *De Substantivis Abstractis.*

Substantivis abstractis non paucis carent essentialiter Selica (sicut Indi omnes) cum non nisi ea quæ sub sensus cadunt, animadvertant, in iis quæ ad moralem pertinent, exceptis vocibus *gèst* et *tèc*, per quas quidquid bonum vel malum est, sive physicum sive morale, distinguunt, nihil amplius norunt. Sic virtus, prudentia, castitas, humilitas, etc., nullo modo exprimere valent.

Substantiva vero quæ ad res physicas referuntur, facillime efformant, quoties habent vel adjectivum vel verbum æquivalens, ut dictum est.

Hujusmodi substantivis abstractis utuntur Selici vel absolute copulatis cum pronomine possessivo, ut: is sgèst, *bonitas mea;* a steie, *malitia tua;* skutúnts, *magnitudo ejus*, etc.; vel in sententiis simplicibus et generalibus, ut: tèie lu siekoist, *malum est mendacium.*

Etenim in sententiis compositis libentius adhibent circumlocutionem verbi vel substantivum attributionis, sic: *Deus odit mendacium*, melius vertes; kolinzútu saaímes (anim.) lu esiòkoi, id est *qui mentiuntur;* vel lu ikoistènin, id est *mendacio dediti;* quam, kolinzútu esgueschnists (inanim.) lu siekoist.

Substantiva quædam, quæ non admittunt pronomen possessivum (cujusmodi sunt, quæ ad aëris temperamentum pertinent) conjuganda sunt sicut verba, nempe ratio habenda est tempori, in quo in oratione sermo est: etenim vel de præsenti agitur et characteristica substantivi *s* retinetur; vel de præterito et rejicitur; vel de futuro et præponitur particula *ne*, characteristica futuri subjunctivi et sublato similiter *s* siquidem futurum a perfecto formatur: skèpz, *ver, le printemps;* lskèpz, *vere, au printemps* (indefin.); lu kèpz u cuguínmzu, *vere* (elapso), *veni ad te;* nè kepz mkacluichtuègui, *vere* (futuro), *nos mutuo iterum videbimus.*

Duo substantiva quorum alterum sit in casu possessivo, vertuntur juxta regulam positam in genitivo possessionis. Vide supra.

Si vero plura substantiva in sensu partitivo vel quantitatis indeterminate in eadem phrasi usurpentur, copulanda sunt per syllabam *u* (pro negu=*et*):

smenign u npkuminth u iuzmn lu isztomist; *j'ai acheté du tabac, de la poudre et du vermillon.*

Particula sukul (vel suku ante vocalem vel *s*) substantivis in numero plurali præposita, format substantivum societatis seu concomitantiæ et semper jungitur pronomini possessivo:

isukul tiituit, *juvenes socii mei;* asuku skikaltmigu, *viri socii tui;* sukul pelplguis, *mulieres sociæ ejus;* i sukul ukaèlgu, *cohabitator meus;* asuku èliga, *gens tua;* kae suku skèligu, *homines* (genericè) *socii nostri*, id est *proximus noster, notre prochain.*

Bene tamen advertendum est quod, exceptis tribus ultimis substantivis quæ ad omnes indiscriminatim referri possunt, in reliquis omnibus pronomen possessivum referri semper debet ad aliquem qui constituit partem classis, de qua sermo est Numquam igitur dices *viro:* asukulpèlplgui, neque *mulieri;* asukusklkaltmigu, neque *scni aut habenti uxorem;* asukultiituit, etc.

Selici nonnullis carent substantivis genericis, ut avis, serpens, color, digitus, in quibus semper nomine specifico utuntur; sic substantivum avis per nomen generieum guigue iul, *animal* exprimunt, præsertim cum pueri venatum eunt. Substantivum serpens per duplex substantivum scheuíle et geulégu; quorum prius est genus serpentis innocui, et quibus terra Selicorum abundat, alterum est serpens crepitans (*serpent à sonnette*) ad quos fere reducuntur omnes serpentes, quos norunt.

Item colores singuli suum nomen habent, excepto viridi et cæruleo, qui unica et eadem voce *ikoia* exprimuntur. Vox tamen color non existit.

In interrogatione igitur cujusnam coloris aliquid sit, utuntur interrogativo lchèn u ezgail, *quo modo, de quel manière?* tomistum sizém, *emi lodicem;* lchèn u ezgail? *quo modo, de quelle couleur?* opik, *album;* ikuíl, *rubram*, etc.

Item quilibet digitus vocem propriam habet, sed pro digitis in genere utuntur substantivo chèlsch, *manus*, vel zooschin, *pes.*

CAPUT 3um.

Nomen Adjectivum.

§ 1.

Adjectiva verbificata in sensu negativo sequuntur formam paradigmatis verbi negativi.

tà isgèst, *non sum bonus*, vel *non bene me habeo;* tà astèie, *non est malus;* tà skutunt, *non est magnus*, etc.

Adjectivum plerumque substantivo præponitur:

konkoint skeligu, *du monde pauvre;* sisius skaltmigu, *un homme brave.*

Cum vero intervenit vel subintelligitur verbum *sum*, interponitur articulus lu.

kutùnt lu inzítgu, *magna* (est) *domus mea;* ta ksguizlzu lu s'ilu, nètli teie lu anzùt; *non dabo tibi cibum, quia mali* (sunt) *mores tui.*

Articulus lu præponitur etiam adjectivis absolutis, sed relationem habentibus substantivo præcedenti: schèi lu mùst, *hæc* (v. g. domus) *est alta;* iehé lu uisschu, *Ecce hic longum*, v. g. *lignum.*

Adjectivum *æternus* a parte post, per futurum negativum ta k'èp (vide Verb. Possess. infra), *non habebit*, et substantivum shoi, *finis*, exprimitur: ta kèpshoi, *non habebit finem*, æternus.

Sed *æternus* a parte ante, nullo meliori modo verti potest quam per adverbium nondum et antequam (zuizi) eadem ratione, qua S. Scriptura utitur eisdem adverbis in paraphrasibus ejusdem adjectivi. Male igitur vertitur per verbum negativum ta lu tèl schei u sztagolechst; verbum enim tnestagolechsti ad litteram significat *opus aggredior* (gall. *mettre la main à l'œuvre, commencer*), syllaba enim finalis chst supplet pro substantivo chèlch, *manus* (vide Composit. Verb. infra) quod nihil habet commune cum adjectivo *æternus.*

§ 2. *De Comparativis et Superlativis.*

Quæ nos comparativa et superlativa vocamus, alia ratione usurpantur a Selicis, qui in comparatione duorum affirmant de majori, quod de minori neganti; quod quatuor modis fieri potest.

1. Per simplicem affirmationem rei majoris, minori prætermissâ, sed præposito articulo lu rei affirmandæ et præpositione tel rebus comparandis: ngetlzin lu tlagl, *equus meus est agilis, mon cheval est le coureur*, sc. in comparatione alterius equi; chèn lu gènt, iè tel esèl? *lequel est le* (*plus*) *pesant de ces deux?* iè lu gent, *celui-ci est le* (*plus*) *pesant.*

2. Vel per affirmationem et negationem: Inzitgu lu nuíst, u ta lu anzitgu; *ma maison est la haute et non la tienne.*

3. Vel præponendo rei majori adverbium telse, *inde* (quasi *plus*): pgpgót lu inléü, a lu nuléü telsi pgpgót; *senex est pater meus, sed pater tuus est inde senex*, id est *senior:* tle goéit u guízlzn, u telsi goéit kuiksguizltm; *jam plura dedi tibi, sed inde multa (hic plura), dare intendo.*

4. Præponendo rei minori negativam ta et adverbium ezgail, *sicut* (vide hoc Adv. infra): sàliskt selisch ítgaes tà ezgal sitísch ts'chízni; *la gamache des Tetes plattes n'est pas si douce que celle des Cœurs d'alène.*

Superlativa communius positiva usurpantur, id est, sine ulla ad alia relatione. Interdum tamen præponuntur adjectivis quædam adverbia vel alia adjectiva ad exprimendam superioritatem rei; ejusmodi sunt: mil, *nimis;* gaeít, *multum;* schiémil, *supra modum;* esnchschiizin, *superior, superlative, primus;* kutunt, *summopere*, etc.

Hinc ex positivo gest, *bonus*, fieri possunt superlativa mil gèst, *optimus, optimé*, kutunt gèst, *grandement bon;* schiemil gèst, *le meilleur, bon au dessus de tout;* esnchschiizin gest, *superlativement bon.*

Cum vero intervenit interrogatio et responsio, semper præmittitur articulus lu: chèn lu schiemil gèst? *le quel est le meilleur?*

Item hæc superlativa comitatur adjectivum esiá, *omnes*, cui præponitur præpositio tel, *ex*, quam præpositionem requirunt etiam adjectiva primitiva, quæ dicunt superioritatem:

> ilnúgum lu esnchschiizín tèl esiá skéligu, u lu koliznta lu esnchschiizin tel esiá ililnígum; *le chef est au dessus de tout le peuple, et Dieu est au dessus de tous les chefs.*

Sensum etiam superlativum habent adjectiva cum accentú prolongatione (vide supra) qua ratione etiam verba fieri possunt superlativa [illegible] neh, *j'ai été très affligé*, etc.

CAPUT 4um.

Nomen Numerale.

Interrogatio quoties cum responsione semel, bis, ter, etc., per numerum cardinalem vertitur: kuíneh u ptapuègu? esel, eheles, etc.; *quoties pugnastis cum hostibus? bis, ter*, etc.

Unus et *alter* per idem nomen chnáksi (vel nko de inanim.) exprimitur: *unus ridet, alter plorat;* chnàksi esoinzúti, chnáksi eszkoakoi; *unus est bonus, alter est malus* (inanim.); nko gèst, nko tchè.





IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



Photographic Sciences Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

CAPUT 5um.

De Pronomine.

§ 1.

Pronomen personale triplici modo exprimitur.

1. Absolutum, quod adhibitur in responsione post interrogationem suèt, *quis?*

ku suèt? *tu quis* (*es*) koiè vel tukoio, *moi, c'est moi*, etc.

2. Copulativum, quod habet locum in nominibus, præsertim in casu vocativo (vide supra, p. 83.) et in indicativo verbi relativi (supra paradigm. verbi relat. ad quem.

3. Per syllabam finalem in aliquis temporibus ejusdem verbi relativi. Vide ibid.

Nota 1. Licet pronomen personale contineatur in verbis sive primitivis sive relativis, sæpe tamen repetitur pronomen absolutum emphasis gratiâ:

ta ikskolkoèlt lu koiè, *non loquar ego;* gèst konichtgu tanui, *bene me vidisti tu.*

Nota. Cum interest verbum *sum*, interest etiam pronomen relativum u vel lu et pronomen personale præcedit:

tkoía u gulguílstm, *ego* (sum) *qui salvum te feci.*
koiè (accus.) lu koilpnuntgu, *c'est moi, que tu a blessé.*

§ 2.

Pronomen possessivum est semper copulativum; hinc possessivum relativum (gall. *le mien, le tien*) absolutum usurpari nequit. Igitur interrogatio cujus et responsio tribus modis verti potest.

1. Per circumlocutionem verbi possessivi tnepl (infin) et pronomen primitivum, sic: *cujus est sclopetum hoc? meum;* suèt lu ep sololmínch l'ié? koiè: ad litt. *quis* (*est*) *qui habet* (*possidet*) *sclopetum hoc? ego;* chèn lu kaetapmún? ié lu koié, ziè lu anuí? *ubi sunt arma nostra? hìc ego* (*hæc sunt mea*) *ibi tu* (*illa sunt tua*), *voici les miennes, voila les tiennes.*

2. In responsione præter pronomen personale additur sæpe nomen genericum stem, *res*, copulativum cum possessivo juxta personam: *cujus sunt merces illæ?* suèt lu ep skamulszut l'izi? *ego, res mea; c'est mon butin;* koié i stem: *tu res tua*, etc.; anuí a stem, znilz stès, kaèmpelé, kaestèm, etc.

3. Per repetitionem ejusdem substantivi, de quo sermo est in oratione; hinc in phrasi:

tlil lu ngetlzin, *equus meus mortuus est.*

Si dicere velis: *accipiam tuum*, necessariò addere debes substantivum getlzin, et dices: nèm angetlzin lu kuèn.

Si substantivum præcedatur ab adjectivo, pronomen possessivum præmittitur non adjectivo sed substantivo:

chèn lu gèst an g:aznumtn? *ubi (sunt) bonæ tuæ vestes?*

Si vero adjectivum cum substantivo componatur et in unam vocem coalescant, pronomen possessivum præmittitur utrique (in 1a et 2a persona) quibus tribuitur consonans *s* characteristica substantivorum:

gól i skutiskeltich u aigot lu isnchmtèustn; *propter meam corpulentiam, fatigatus est equus meus;* pro: gol kutúnt iskeltich, *magnum corpus*, ex kuliskèltich, *corpulentus*, et skutiskeltich, *corpulentia.*

Nota. Snchmtèustn=*jumentum*, id est, quodlibet animal ad equitandum, sive equus sive mulus.

§ 3. *Pronomen demonstrativum.*

Demonstrativa *ie* et *schei* inter se differunt; primum enim communiter adhibetur copulatum cum substantivis et sine ullo articulo, alterum verò dicit aliquid magis determinatum, includit verbum sum et sæpe requirit articulum lu post se: schei a lu asoslzút? schei vel unè schei; *hoc estne (quod) amisisti? hoc, utique hoc:* tàm schei lu ingamench; *non (est) hoc quod amo*, etc.

Pronomina demonstrativa admittunt etiam interdum articulum lu, qui inservit ad rem magis determinandam vel etiam in casu accusativo:

iò gest l'iè; *oh quam bonum, quam pulchrum est hoc.*
ta kskuentgn l'izí; *ne accipias illud vel illum.*

Et in casu recto; scilicet cum tenent locum agentis assumunt consonantem *t* ut substantiva:

kokockoentès t nkokosmichnschu: *me momordit canis:* chèn? tschèi a? tschèi; *quinam? hic ne? utique ille.*

CAPUT 6um.

De Verbo.

§ 1.

Præsens indicativi tantum in usu est, cum quis *actu* ponit actionem, secus enim usurpatur perfectum. Interdum etiam pro præsenti adhibetur perfectum continuatum; scilicet cum actio jamdiu posita perseverat usque dum quis loquitur:

u gòlstèm *es* non'nguenmstgu esià lu *eszustms* lu aslàgt?
et quare incessanter credidisti omnia, quæ semper dixit tibi amicus tuus.

Hinc perfectum continuatum dicit etiam habitudinem actionis.

§ 2.

Præter tempora in rudimentis exposita, est etiam species quædam præteriti, imperfecti et plusq. perfecti indicativi, præposita syllaba *uè* vel præsenti pro imperfecto vel præterito pro plusq. perfecto:

uè ièskolm, *faciebam;* uè kóln, *feceram.*

Dixi speciem imperfecti tantum quia æquivalet imperfectis latinorum, syllaba enim *uè* (vel *ià*, vide infra), potius respondet particulæ expletivæ *quidem:* ut expletivam enim eam sæpe usurpant, et etiam independenter a verbo, quod etiam græci solent in particulis μεν et δε. Hoc tamen retineatur, quod quoties verbum habet sensum imperfecti vel plusq. perfecti requirit hanc particulam ante se et in oratione communiter sequitur syllaba *pen=sed, tamen,* vel *u=et.*

Nota. In adjectivis verbificatis in sensu animato syllaba *uè* mutatur in *ui:*

uè mánt lu izkuínch, pen tschei u pólstu lu guigueiúl; *erat quidem fractus arcus meus, tamen hoc occidi animalia:* uè ku gest u iètlgoá kukokotilsch; *eras quidem bonus et nunc improbus evasisti:* uè tnès'chain u kogalítis tink'ezch; *orabam et vocavit me frater meus major.*

Item cum subjunctivo: uè ikstapím, u kogé'entès tislágt; *eram quidem percussurus eum et impedivit me amicus meus.*

Hic autem loquendi modus non habet locum cum imperfectum præceditur a pronomine relativo, qui, quæ, quod; seu cum imperfectum tenet locum participii activi vel subjunctivi cum adverbio temporis; tum enim resolvitur per pronomen lu cum præsenti vel perfecto indicativi: *vidi Petrum qui plorabat* (*plorantem*); uíchtu Piel lu eszkoàkoi (præsens); et non uichtu Piél ue eszkoakoi.

Item: *dum filius tuus naturet, submersus est;* ntlletiku askusé e lu esnchalpmí (præsens).

§ 3.

1. Characteristica futuri indicativi est syllaba *nèm*, præposita præterito perfecto; sed futurum indicativi cum particula *nem* non adhibetur nisi in sententiis simplicibus, sc. cum futurum a nulla alia orationis parte pendeat: nem tn imsch, *discedam, je partirai;* goa ném chselhinzin, *forte sequar* (*comitabor*) *te;* lchíchét nèm kaetkukuèlp, *prope castrametabimur.*

Interdum particula *nem* præponitur toti sententiæ simplici sed non repetitur *m* immediate ante verbum: ném tschièus m kaempiéls ls'chichmáskat: *semper gaudebimus in cœlo:* nem tkoiè m nkonminzn; *ego miserebor tui.*

2. Si autem futurum non sit absolutum, sed præcedatur a futuro subjunctivo (cujus characteristica est syllaba *né*) tum relicta syllaba *ne*, retinet solum *m:* nè

tnesuisiln m chguimnzn, *postquam comedero, veniam ad te;* né kochguimntgu m kaekmkomilsch, *si* (vel *cum*) *veneris ad me, colloquemur.*

3. Idem dicas, si adverbium temporis futurum præcedat vel enim erit et ipsum futurum subjunctivi vel ejus vices geret:

pistem mkuchlip? nè galip, nè zí nkoaskat m tnchlíp; *quando ibis venatum? cras, perendie venabor.*

Nota in exemplo allato vox nè galíp=*cras*, est futurum subjunctivi verbi impersonalis èsgalpmi=*lucescit* (quasi) *cum lucescet.*

4. Verum si futurum subjunctivi postponatur indicativo, tum syllaba *nem* integra manet et futuro subjunctivi frequentius præponitur articulus lu: nem nmièpnzn, lu nè koehiàntégu; *accusabo te, si me sollicitaveris* (*ad malum*), pro: nè kochiantègu m nmièpnzn.

5. Si futurum sit interrogativum, interrogatio *a?* interponitur syllabæ *nem*, sublata *e* et assumpta aspirata *h* et *n'hàm?*

n'ham kaessèunmsts lu nè tnkolkoelt? *audietne me, si locutus fuero? m'ecoutera s'il jamais si je lui parlerai.*

6. Eodem modo imperfectum subjunctivi *k'nèu* mutatur in *k'nhau*, si phrasis sit interrogativa: k'ta malièmnzn k'nhàu ku gulguílt? *nisi tibi medicamentum dedissem, viveresne?*

8. Futurum negativum assumit formam subjunctivi. Interdum tamen emphasis gratiâ, retinet consonantem *m* syllabæ *nem:* tagúi m kokeluichtgu, *numquam me iterum videbis.*

§ 4.

1. Persona 3a indeterminata cujuslibet temporis et modi præfert syllabam *ko* (gallice *on*) ut in verbis dictum est, sive unus sit agens, sive plures.

kaes'chgut'telsi, *on se fache;* kokskmkamílschi (subjunc.), *on va causer.*

Sed est et alia persona 3a indeterminata et sæpe in usu (quæ etiam interdum fit determinata, vide infra), finita in *tm* vel *tèm* juxta naturam verborum, quæ habent sensum præteriti perfecti et significationem passivam. Hæc autem persona indeterminata formatur a prima pluralis perfecti indicativi activi realis, sublato pronomine *kae* et indeclinabilis est sive de una re agatur sive de pluribus. Sit verbum ièsiln, *manduco* (definit.); perf. 1 plur. kae ilntm, *manducavimus;* indef. ilntm, *manducatum est, manducata sunt;* et dicit semper relationem ad aliquod substantivum præcedens.

2. Quod si addatur persona *a qua* hæc admittit præpositionem *t*, quæ tum æquivalet præpositioni *ab* latinorum in verbis passivis: kólntm t isinze (*hoc* vel *hæc*), *factum est, facta sunt a fratre meo minori:* chen lu ismènigu? nackom ntu l'ttituit; *ubi est tabacum meum? furto ablatum est a juvenibus;* pólstm asgelui—tsuèt? ts'chkaeschm; *ton mari a été tué—par qui? par les Pieds noirs.*

3. Hac persona significationis passivæ utuntur Selici præsertim ad evitandam

amphibologiam, quæ oriri posset adhibendo radicem verborum in sensu passivo, v. g.: esln, vox est quæ duplicem habet sensum; nam est verbum passivum (vide Radic. Verbor.) et est 3a singularis perfecti continuati verbi indefiniti tnes'elni = *comedo*, et ideo in primo sensu numquam adhibetur, sed ejus loco usurpatur alia persona indeterminata nuper exposita.

Et quoniam futurum a perfecto formatur, adhiberi etiam potest hæc persona indeterminata in sensu futuro: nèm nackomntn, *il sera, ils seront volés.*

4. Atque etiam verba impersonalia usurpari possunt in sensu passivo, modo quo nuper dictum est: ttipeisntn, *il a été plu, ils ont été plus;* id est, *il a été, ils ont été pris par la pluie,* etc.

§ 5. *De Participio.*

Participium significationis activæ resolvitur per pronomen lu = *qui, quæ, quod,* sed tempus verbi sequentis pendet a sensu. Hinc:

1. Si verbum præcedens est temporis præsentis, etiam participium resolvetur per præsens indicativi: ies'àzgam skoikusée lu esmèmszuti; *aspicio pueros ludentes.*

Vel etiam si verbum præcedens sit temporis præteriti, resolvitur item per præsens, dummodò actio participii posita fuerit actu, quo actio verbi præcedentis: uichtu Pol lu es'ehlpmi; *vidi Paulum qui venatur;* id est, *actu venantem tempore quo vidi.*

2. Si sententia innuat sensum futurum, participium resolvetur per futurum subjunctivi: *Petrus venatum iens, certe occidetur;* nè ehlíp lu Piél itemi m pólstm.

3. Participia præsentis temporis, in verbis præsertim intransitivis resolvuntur etiam per perfectum continuatum, seu potius per verbum passivum formatum ex radice verbi: Lu esgulguílt, u lu estllil nem ehmiepilcis t kolinzutn; *viventes et mortuos judicabit Deus.*

Participium vero in *us* significationis passivæ explicatum est, et copulatur cum verbo possessivo, vide pag. seq.

Participium in *rus* latinorum, seu futurum proximum, vide in Syntax. do Adverbio pót.

§ 6. *De Verbo possessivo.*

Syllaba èpl (vel *èp* ante *s*) habet vim verbi possessivi, habeo, possideo, verbificata more adjectivorum, ut sequitur:

Indicativ. præsens et perfectum.

Sing.	1.	tnpl	*habeo* vel *habui.*
	2.	knèpl	*habes* vel *habuisti.*
	3.	epl	*habet* vel *habuit.*
Plur.	1	kaepl	*habemus* vel *habuimus.*
	2.	pèpl	*habetis* vel *habuistis.*
	3.	è epl	*habent* vel *habuerunt.*

Imperat. et Subjunct.

1.	tik' èpl	*habeam.*
2.	kuk epl	*habeas, habeto,* etc.

Hoc verbum est copulativum ut verbum sum, hinc nonquam absolute usurpatur, sed copulatur,

1. Cum substantivis absolutis, id est, sine pronomine possessivo; uti:

tu epl ni'nchum	*habeo cultrum.*
kuepl'zitgu	*habes domum.*
èp *sg*èlui	*habet virum, maritum.*

2. Cum adjectivis relativis ad substantivum præcedens:

tik èpl kutunt	*je voudrais en avoir un grande, de grands.*
ta epl gest	*il n'a pas de bons.*

3. Cum verbis in 3a persona singularis:

epl eslaskagaci	*il y a de ceux, qui sont allés aux chevaux.*
ta goà kack epl es'imsehi, *forte non habebimus* (qui) *discedit.*	

4. Cum adverbiis:

tu èpl ezgail	*habeo ejusmodi.*
tama kuepl'szizmèle? tu eplezageil: *n'a tu pas de petit plomb? j'en ai.*	

5. Cum participio passivo. Radicibus verborum, præpositis consonantibus *sz* fit participium significationis passivæ (vide cap. 6, De Verbo, § 1), quod frequentius conjungitur cum verbo possessivo *tnèp* loco præteriti perfecti simplicis, præsertim cum intervenit in oratione articulus lu relativus (gall. *le, la*) *determinatis*, sed participium non admittit pronomen possessivum ante se:

tsuèt lu ep szkól zi skoiògo? tkòío lu tnèp szkol; *quis* (est) *qui habet factam sepem illam* (in aquâ ad pisces capiendos)? *ego habeo factam; c'est moi qui l'ai faite.*

Item in sensu indefinito: koguízscht tel aznich, ta iep szníeh; *da mihi ex a te sectis* (*lignis*) *non habeo secta.*

Nota 1. Præsens negativum differt tantum in prima persona singularis:

	tà iepl, *non habeo.*
subj.	ta ik èpl? *non habeam,* etc.

Verbum possessivum negativum suppletur etiam interdum per positivum tnèstnl ... (vel tnestn ... ante *s*) præpositum et copulatum cum substantivis et est verbum regulare habens præsens et perfectum.

tnèstmIzitgu, *tentorium* vel *domum non habeo.*
perf. tntmIzitgu.
tnestmskagae, *equis careo.*
tntmskagae.
Pro ta iepI zitgu—ta iepI getIzin.

Nota 2. Impersonaliter usurpatum valet gallice *il est des, il y a des:* èp skèligu lu ta esuíschstn, *il y a des hommes, que je n'ai pas vus;* èp spiikálk lu tam inganènch, *il y a des fruits que je n'aime pas.*

Vel impersonaliter ad loeum et valet gall. *il y a:* epI ukokosmichnschn, *il y a un chien.*

Nota 3. Subjunctivum substantivi verbificati est etiam subjunctivum possessivum; hinc significat vel sim, vel habeam, vel possideam: tikI ilmígum, *velim esse dux;* tikI ni'nchnn, *velim habere cultrum;* pro tik epI ni'chnn.

Verum licet orthographià sit eadem, nullus tamen datur loeus ambiguitati, eum subjunctivum tikI æquivalens verbo *sum* copuletur semper eum substantivo animato, eum verò significat *habeo*, conjungitur semper eum inanimato. Hinc nunquam vertent sequentem phrasin: *velim habere filios*, per tikI sgusigult, sed per tik èp sgusigult, etc.

Nota 4. Cum substantivum et adjectivum in unum vocabulum componuntur, non amplius verbum tnepI in usu est, sed verbum *sum*, scilicet *tn, ku*, etc.

tn kut nèlgu, *spatiosam domum habeo.*
tn gessíze, *pulchram lodicem habeo.*
Pro tnèpI kutunt zítgu, *j'ai une grande maison.*
tnèpI gest sizém, *j'ai une belle couverture.*

Hinc verbum possessivum duplex est et verbum *sum* duplicem habet significationem, quin ulla, ut dictum est, ambiguitas interveniat.

§ 7. *De Verbis cum Præpos. Causativâ.*

Præpositio gol=*propter*, non solum nominibus sed etiam verbis conjungitur:

gól kuies'chíntm u kuies'chschnim, *propter* (quia tibi timeo) (est) *quod te sequor.*

Verbum tamen derivatum ab adjectivo libentius mutatur in substantivum vel participium passivum: vel si remaneat verbum, præpositio gól sæpius mutatur in neli=*quia:*

gol nskoáukot u lznzín, *propter improbitatem tuam, verberavi te:* vel neli kukoaukot, vel etiam gól kueskoaukoti.

Item mè'emín lu aslágt gol sznackos; *ejeci socium tuum propter furtum ejus;* vel neli esnáckoi, *quia furatur.*

§ 8.

Substantiva verbificata quæ aliquo modo dicunt relationem, commodum vel possessionem, etc., mutant characteristicam subjunctivi *ks* in *kl.* (Vide supra, cap. 3, §3) Verba etiam lucrandi, dandi, obtinendi, etc., admittunt characteristicam *kl* ante accusativum rei post pronomen possessivum: koakskollɪm ikl kaigumn, *fac mihi pro me scuticam, fais moi un fouet;* kuènt nkl azkagaetn, *accipe tibi larum ; prends cette cabresse, je te la donne.*

Si substantivum incipiat per *s,* supprimentur consonans l.

Nota. Regula ista non confundenda est cum dativo commoditatis pronominis personalis supra cap. 2, § 1. valde enim intra se differunt.

§ 9.

Verbum tnesntèlsi duplicem habet significationem, hinc ejus syntaxis duplex est; vel enim significat *puto, spero, venior ne,* etc., et conjungitur indicativo, cui sæpe præponitur particula dubitativa goa=*forte.* Vel significat *desidero, cordi mihi est, intendo,* et conjungitur subjunctivo.

tnesntelsi goá koastkkanunm (indicat), *puto* (quod) *forte me decipias.*
tnesntèlsi koákstk'kanunmn (subjunct.), *cupio ut me decipias.*
tnesntèlsi goà nèm kuíochz (indicat.), *puto, spero, timeo ne forte me videat.*
tnesntelsi koksuichms (subj.), *cupio ut me videat.*
uè tntéls kuikskolkoèlstn (subj.), *quidem intendebam te alloqui.*

Hoc idem verbum etiam absolute usurpatur, habita ratione sententiæ præcedenti: n'hàm kukaméíe? tnesntèlsi, *ibisne piscatum? intendo.*

In sententiis absolutis adhibetur etiam per participium passivum et verbum possessivum:

nè tak szntèls, *pro habitu tuo, comme tu voudra;* (ak pro akl, vide supra.)
nè tikszntèls mchschnzín, *si fuerit mea voluntas, sequar te.*

§ 10.

Verba partitive sumpta sæpe per verbum possessivum exprimuntur (in 3a persona singularis 'epl=*il y en a,* vide supra):

In teltes'ehzálèlsi èpl p'ág u èpl etnígoti, *ex iis qui infirmantur, sunt qui convaluerunt et sunt qui agonizant.*

Cum verbum partitivum præponitur phrasi innuenti sensum futurum, partitivum transfertur ad subjunctivum et futurum ad perfectum:

k' epl zgui, *il y en a qui viendront* (pro nèm epl kszgui).

§ 11.

Verbum tnesgúi, *vado, venio,* cum pronomine personali ad quem admittit præpositionem en=*ad,* interpositam et verbum fit activum reale:

ies'eh'gúim, *adeo hunc vel illum ;* kn ies ehguím, *venio ad te.*

Cum vero admittit aliquod substantivum post se, huic præponitur vel eadem præpositio *eh* (motus) vel præpositio *l* (status) et verbum remanet intransitivum:

guisch l anzítgn *vel* eh anzítgn, *abi in domum tuam.*
tngui l ank'ézeh *vel* eh ank'èzeh, *audivi fratrem tuum natu majorem.*

Remanet etiam intransitivum, licet componatur cum præpositione *eh,* cum verbum fit collectivum indeterminatum ; assumit tamen affixum *m* activi realis.

tneschguim skèlign, *gentem adire, visiter les uns les autres.*

§ 12. *De Sententiis dubitativis et negativis.*

Non solum verbum tnestelsi (supra) sed quodlibet verbum in sensu dubitativo admittit adverbium goà=*forte :*

ies ehintm goà es ehzálèln (indic.), *timeo* (*ne*) *forte ægrotet.*

Frequenter etiam adverbium ipsum locum tenet verbi, ita ut habeat sensum multiplicem juxta subjectam materiam:

tle goà uistès, *jam forte complevit.*
koà nem kaekolehichsch, *forte perveniemus.*
goá tle imsch, *forte jam discessit.*
ta goà kaek epsílu, *forte non habebimus cibum.*

Nota. Licet Indi generatim loquendo mendaces sint natura sua, nolunt tamen mendaces videri, hinc adverbium goà adeo frequenter usurpant inter loquendum, ut fere dici posset, hoc adverbium eadem ratione se habere ac particula In, quod scilicet nulla fere sit phrasis, quæ hoc dubitativum saltem semel non admittat.

In sententiis negativis negatio initio phrasis enuntianda est, etiam substantivo agente postposito:

ta ksnpiélsi In koiukot, *non gaudebunt impii.*

Negativa ta, sequente præterito continuato, valet *nunquam :*

ta kaes'chk' elsmis In isluèlt, *nunquam attendit mihi nepos meus.*

In responsione autem, tantum postponitur: kuièszunm ta, *tibi dico, non.*
Verba item negativa cum particulo *quin,* resolvuntur per negationem *ta* cum indicativo, si respicit tempus præteritum, vel cum subjunctivo si futurum:

dereliquit me quin loqueretur, ta kokolkoèlsts u kogoèlsts; ad litt. *non mihi locutus est et me dereliquit*, ta kuks'elguť'telsi m kuglgálmist; ad litt. *non irascaris et accusabis*; id est, *recusa quin irascaris.*

§ 13.

Verba disjunctiva resolvuntur per futurum subjunctivi, sed verbum repetitur:

nè nè ttipeis, ne ta sttípeis m tninisch, *sive pluet sive non pluet, discedam.*
nè elzgúi nè ta k'elzgúi, ta k'esazgastgu, *sive redibit (ille) sive non redibit, numquam aspiciam te.*

§ 14.

Verbum tnezs'chèn? interrogativum est et usitatissimum et sensus est multiplex:

ezs'chèn lu aszál? ad litt. *quid facit infirmitas tua? quomodo se habet?*
u sers'chèn (pro u golstèm) u ta kozuntgu? *quomodo vel quare non dixisti mihi?*
ksezs chèni (subj.) m tnkolkoelt (fut.) *ad quid loquar, pourquoi parlerais je?*
u sezs'chen u kuespupusench? *unde (est) quod tristis es?*
ks'ezs'chèm (subj.) m ta? *quomodo non, quare non?* id est *certissime, etc.*

Absoluto etiam usurpatur tamquam interjectio ezschèn! *what is the matter?* subjunct. k'ezs'cheni? *quomodo? quid tu dicis?*

§ 15.

In sententiis simplicibus casus verbi communiter verbo præponitur:

luk iesĭulu'úsm, *lignum quæro.*

Sæpe etiam interponitur pronomen lu=*quod*, et tum subintelligitur verbum *sum:*

spet'Im esílstn, *j'ai mangé de la racine amère.*
spet'Im lu iln, (*c'est*) *de la racine amère que j'ai mangé.*

Interdum Selici utuntur verbo activo absoluto cum accusativo definito, loco verbi activi realis, sed nomen admittit præpositionem *t* et tum non verbi sed præpositionis est casus:

tnestígui t luk, *lignum comparo*, pro iestígum lúk.
tntomíst tsmènigu, *emi tobaccum*, pro tomístmn smènigu.
tnèsgalitschi t suzlel, *je demande une pierre à fusil*, pro iesgalítm suzél, etc.

§ 16.

Interrogatio *a?* semper postponitur a Selicis, præponitur verò a Calispelibus.

Sd. zsíp a lu as'ilu? *n'a tu plus de vivres?*
Cdisp. a zsíp lu as'ilu?

In phrasi vero interrogativa et disjunctiva vocalis a semper praemittitur ab utrisque.

chèu lu augamé'uch? a skeltet a szgest; *quid est quod quod amas? carnesve an radices?*

Frequens est apud Scleos adhibere interrogationem negativam tamà? *nonne?* loco responsionis affirmativæ qui loquendi modus magnam oratione vim tribuit:

koakskaigultm lu isnehmteûstu—tamà kalgulzu? *amène moi mon cheval de manture—ne l'ai je pas amené?*

Perinde ac diceres: *peux tu douter, que je l'ai amené?*

tamà pólstgu z'óligu? tamà pólstu; *nonne occidisti cervum? nonne occidi*, id est *sine dubio.*

Hinc tamà etiam absolute usurpata in responsione valet *certissime, sine dubio*, etc. Interdum quoque loco responsionis negativæ utuntur phrasi interrogativa:

chèu lu iskuse e, *ubi est filius meus?* u esmisten a? *novi ne, le sais je, moi?* tnesgalitschi tupkumúntu, *peto pulverem tormentarium;* u tnepl npkumintu a? *en ai je moi?* pro ta esmistèn, *nescio;* ta ièpl mpkumintu, *non habeo pulverem tormentarium.*

Verum cum hic loquendi modus aliquid indignationis sapiat, hinc non nisi inter necessarios est usitatus.

In allocutione ad plures collective forma loquendi peculiaris est, nempe substantivis in casu vocativo numeri pluralis tribuitur tum pronomen (absolutum et copulativum) tum ipsum verbum in numero singulari.
Tle goeit n'aukanzn lu ku isukusgusígu u ta koesseúmstgu. Jam pluries hortatus sum *te*, o *tu fratres* mei et numquam audisti me.

lamú u tneskolkoèlti lkusuiuinúmt, *tibi* (est) *quod loquor o tu subditi.*

Syllaba hoi=*tandem*, saepe ex usu est tamquam expletiva in principio sententiæ:

hoi kiuksnéieltm lu iszkol, *enfin il faut que je manifeste ce qui j'ai faite;* hoi chuichtmn! tutéls kutllel! *enfin je te revois, je te croyais mort.*

Interrogationis de re futurâ responsio affirmativa est saepe syllaba *nèm*, characteristica futuri, vel *goa nèm* in responsione dubitava, loco adverbii *unè=utique.*

nluám kogalitutgu, *vocabisne me?* nèm *vel* góa nèm, *erit* vel *forte erit;* pro nem galitnzu, *appellabo te* vel unè, *utique.*

Item sæpe etiam phrasi imperativæ respondetur per adverbium tlé *=jam*, cum scilicet res jam est executioni mandata ante imperium.

guisch, kolmólisch, *vade, hauri aquam;* tlé (id est) tlé tukolmuolm, *jam hausi.*

Hæc duo verba negativa ta slkontén (vel continuate ta eslkostén) et ta isiopiént (communitur ta isio) usitatissima sunt, quorum sensus physicc et moraliter est: *non valeo, non mihi succedit ut volo,* animo vel viribus (ad hoc vel illud determinate) *non polleo,* etc.; (*je ne puis réussir, venir à bout, me tirer d'affaire, endurer, etc.*)

Primum ex his est perfectum verbi ieslkom; secundum vero est verbum negativum ab adjectivo verbifleato tu iopiént, *sum idoneus, habilis,* et conjungitur juxta personas.

koakskupltu zi sselsensch; *impello mihi saxum illud.*
tu slkonten *vel* ta isioipiént; *non valeo, je ne puis pas, je n'ai pas assez de forces.*
ta kslkontégu (fut) nèli iknelmáksi; *non valebis, quia unicus, solus es.*
ta insiopiéut linnògnog; *non valeo cum uxore meâ,* id est, *ferre non possum ejus agendi rationem; vel* ta slkontén linnògnog; *non valeo cum uxore mea, obtinere non possum ut uxor mea mihi obediat.*
nè nmiépu ta goá ksiò (ksiopiéut), *si eum accusavero, forte non valebat (ferre).*

Nota. Licet hoc duo verba idem signifleent, tamen ta slkontén respicit sæpius rem physicam et ta isiopiént frequentius moralem.

Vox gamench est etiam usitatissima loco verbi iesgamenelm, *amo,* quæ vox neque verbum est neque substantivum, caret enim utriusque characteristica, sed est simplex radix verbi, cui præfleitur pronomen possessivum *meus, tuus,* etc., non secus ac substantivum esset.

Amasne Deum? — *augamench a lu Koliczutu?*
utique amo. — *uué ingamench.*
quasi: tuusno (est) amor Deus? — utique (est) amor meus.

Per verbum dicerctur:

esgamenchstgu a? (perf. contin.) lu Koliczutu uné esgamenchstu.
tam gamenchs lu sgusígults, *non amat proprios filios.*

In subjunctivo cum characteristica verbi possessivi.

tnes'ntélsi kukIgamenchs; *cupio ut sis amor ejus,* id est *cupio ut te amat;* pro tnesntelsi kuksgamenchms.

Perfectum tnpak'ka (ex tnespak'kai) sensum particularem habet et valet italica *mi stas bene, l'hopagata,* etc., sic:

kospntes tskukusée—kukspakkai (imper.); *me verberavit puerulus—bene tibi sit, gaudeo, tu a trouvé ce que tu cherchais.*

futur. ¦nempákka l izi ikoistemn, *il le payera bien ce menteur*, etc.

Vox *appellor*, quando agitur de simplici appellatione nominis, per substantivum skuèst=*nomen*, vertitur.

quomodo appellaris? suet lu askuést. (ad litt.) *quis* (quod) *est nomen tuum?*
appellor Felix; Peliks lu iskuést. *Felix* (*est*) *nomen meum.*
quomodo appellatur arbor illa? appellatur larix; stem lu skuést zi es'chíto? zakoleh lu skuesto.

Nota. In primo exemplo interrogatio *quomodo* translata est per suét, *quis?* quia refertur ad personas; in secunda vero per stem, *quid*, quia respicit inanimata, quod semper servandum est in hujusmodi interrogationibus.

Si autum non agatur do appellatione nominis neque phrasis sit interrogativa, verba *appellor*, *dicor*, *nominor*, etc., vertuntur per verbum eszustm (3a pers. indetermin. perf.) continuati verbi ieszúnm, *dico.* (Supra cap. 6, § 4.)

chízu chnaksi lu eszústm upzin, *occurri uni* (*illi*) *qui dicitur barba longa, j'ai rencontré le barbu.*

CAPUT 7^{um}.

De Adverbio.

§ 1.

Vox ezgáil, magnum locum habet in lingua Selica, cujus sensus pendet a contextu vel a vocibus cum quibus copulatur. Inter adverbia posita est, licet considerari possi tamquam adjectivum. Per se autem significat *modum quo aliquid est*, comparate ad aliquid aliud et non solum usurpatur, sed componitur cum omnibus fere orationis partibus, ut ex sequentibus exemplis patebit; igitur

1. Vox ezgáil absolute sumpta valet *ito;* komi ezgáil, *utinam ita* (sit vel esset). Vel in sententiâ comparativa valet *sicut, tamquam*, etc.: guizlt lkackolinzutn lu akskólm, nèm ezgail t kuès'ehau; *dona Deo quod facturus es* (*et*) *erit tamquam orares.*

2. Copulata cum præpositione *l* et pronomine possessivo demonstrativo schei, *hoc* vel *illud*, præter pronomen relativum *u*, *quod*, valet *hoc vel illo modo* vel *ita est.* Hinc lschei u ezgail, *hoc modo est, ita se res habet.*

Interrogative in sensu futuro: lschèi a um ezgáil lu kstkolzín asgetlschm? uné lschei u m ezgáil; *hoc ne* (*erit*) *modo, quo tibi consuam tibilia tua? utique hoc erit*

modo. Vel cum pronomine interrogativo chèn, *quis?* lchèn u ezgaíl; *quo modo* (relat. ad pres. et perf.); lchèn u m ezgaíl; *quomodo?* (relat. ad futur); pótulschèi u ezgaíl; *just in this way, in that way, that very fashion.*

3. Præter adminicula dicta admittit etiam characteristicam verbi et verbificatur more adjectivorum et erit: lschei u tu ezgaíl, et valet: *ita me gero: hoc* (vel) *illo modo* (definite) *ago* vel etiam: *talis ego sum* et conjungatur per omnes modos et tempora semper tamen, ut dictum est, relative ad aliquid *definitum*, quod in oratione præcedit:

ne kuchàum aks chaaschtmlu eskmkompmi, lschei u tnezgaíl agal lu tnchaám; *cum oraveris, orare debes pro defunctis—ita me gero, quoties oro.*

mil tashoi knestiàkot—tam lschei m kuk ezgail (imperativ. contin. in sensu futuro); *tu te bats toujours—ce n'est pas comme cela, que tu dois agir* (*à l'avenir*).

ku suét? asch ku soiápi? uno lschei u tnezgail; *quis es tu? esne americanus? utique talis sum, je le suis.*

4. Ex hoc adverbia derivatur regulare intransitivum: tnezgaíli, *me gero*, et alia quæ ab hoc tamquam primitivo formantur, ut; lschei u tneznágalèlsi, *je suis de cette ou de la même pensée que...*

5. Præposita substantivo et apposito *t* substantivo sequenti tamquam nominativo, est adjectivum sive absolutum sive verbificatum et valet *similis* et habet numerum pluralem ezgágaíl: kueszkoakoi ezgaíl tkukusc'e; *vel* lu knèszkoakoi ku ezgaí tkukusc'e; *ploras similis* (*ut*) *puero; cum ploras similis es puero.*

Item: tn ezgaí tanui, *sum sicut tu*, id est *ago, me gero, sicut tu te geris, similis tibi sum*, sive figura sive moribus: azgant zi aslalko; ipótu ezgágaíl; *aspice duo illa ligna: sunt ad amussim similia.*

Interdum in unam vocem coalescit cum substantivo:

tnezgalús (us pro sgulus, *facies*), *habeo vultum similem alicui*, id est *assimilor.*

kuezgalús tiskusc e, *habes vultum similem filio meo.*

plur. pezgágalus—ipol u pezgágalus; *vous êtes comme deux jumeaux, vous vous ressemblez tout à fait.*

6. Hoc adverbio verbificato vertitur verbum *imitor:*

ta kuk ezgaí tkoaukót szizmelt, *ne sis sicut stulti pueri—ne imiteris pueros stultos* (*impios*).

gest lu anpgpgót, lschei nkuczgail; *boni sunt parentes tui, imitare eos.*

Hoc sensu valet etiam *more* (*à la façon, à la manière*).

eslákschlilschi ezgai tskèligu, *sedel more indorum;* ad litt. *sicut Indi.*

7. Preponitur adjectivis sed diversimode, lschèi u ezgaíl mutatur tschèi i ezgaí; et adjectivum mutatur in substantivum, nempe assumit consonantem *s.*

ieh6 lu isunènigutu; tschei a i ezgaĭ skutunt lu asunènigutn? *voici ma pipe; ta pipe est elle si grande?*

ta; tam tschei i ezgaĭ skutunt: *non; elle n'est pas si grande.*

Item: tama èsuìchstgu ezgal stèio skèligu? *vidistine umquam talis malitiæ gentem? as tu jamais vu des gens si mauvaises?*

8. Conjungitur cum verbis, apposita *t* verbo sequenti:

té u kueskolkoèlt ezgaĭl t kuèsaimt: *loqueris interdum, tamquam si iratus esses.*

Etiam si verbum præcedatur a negatione:

spntén lu isgusígult, u ezgáil to tspntèn; *verberavi infantem meum et (fuit) tamquam non verberassem.*

Item cum verbo possessivo in sensu partitivo:

iesiapzinm skuilze; tama kuepĭ ezgail? *indigeo lodice rubra, habesne tales?* tnèzpĭ ezgail, *habeo tales.*

Item cum verbis etiam in unum vocabulum componitur:

lschei u ezgkúnm (pronunt. ezgōkúnĕm), pro lschei u ezgail u eszunm; *ita locutus est.*

kuèsiòkoi, tam lschèi u tnezgkúnm; *mentiris, non hoc modo locutus sum.*

9. Etiam cum adverbiis:

pót i esltipeisi ezgaĭ tspiszelt, *il pleut presis ment autant que hier.*

§ 2.

Adverbium gail, quod forte radix est præcedentis, varias itidem habet significationes, juxta partes nationis cum quibus copulatur. Hinc,

1. Adjectivis vel adverbiis præpositum valet *satis, sufficienter, mediocriter*, etc.

gail gest,	*satis bonus, satis bene.*
gail kutunt,	*satis magnus.*
gail goeit,	*satis multa* (inanim.)

Interdum valet *aliquanto plus* vel *nimis* vel *minus:*

mil lguiguezt iè skeìmn; gail tuísschu mkuĭlulúsm; *nimis brevis (est) pulus iste; quære alium satis longum,* id est *aliquantulo longiorem.*

i luilt lu aszschil; gail ta tsilúlt tiesiapzinm; *les arbres que tu a coupés sont trop épais, il me faut de moins épais.*

gail itás ié skeltich; mi koguizscht gail itlltétim (diminit.); *carnes istæ nimis duræ sunt; quæso, da mihi aliquanto teneriores.*

Nota. Adverbium *satis* absolute usurpatum exprimitur per adverbium goeit vel tle goeít, vel hoi, *multum. Jam multum, cessa, satis est, non amplius.*

Item verbis præposita:

gail tn itsch lskukuèz, *sufficienter dormivi nocte;* gail èskóli, *mediocriter operatur;* gail èsiòsten, *sufficienter scio* (memoriter).

Cum verbo negativo valet *quasi non, vix*, etc.

gail ta tn iln, *quasi non* (*vix*) *manducavi.*

3. Sublato vero consonante l valet *ne* (gall. *de crainte que, afin que non*) vel *secus, autrement:*

ichoznsch ' gai spuzín (perf.), *tace ne te verberem,* vel *secus verberabo te.*
ta oksnisackam, gai kuòst; *ne discedas a via, ne te perdas.*

4. Additis syllabis ne u valet *quasi* (gall. *manquer de, presque*):

gail ne u kopolsts; *quasi me occidit, il a manqué de me tuer.*
gail ne u plsut; *quasi seipsum occidit, il a manqué de se tuer.*
gail ne u ta koes azgasts; *quasi numquam me aspicit, à peine me regarde t'il.*

§ 3.

1. Adverbium pót per se valet *præcise*, ad amussim (ang. *just*), cui etiam additur relativum u, *quod:*

pót u schei,	*just that.*
pót u lschei,	*just there.*
pót u sísteh,	*it is just winter.*
pót u skaltmígu,	*il est justement* (*arrivé à l'age d'*) *homme.*

2. Copulatum cum verbis triplicem habet significationem cum præsenti indicativi notat simultaneitatem, coincidentiam actionis respective:

pot u tnes'chaui, *I was just praying* (v, g.), *cum alius me appellat.*

Vel etiam (et magis accurate) mutat *initium* actionis:

pot u tnes'ilne, *I am just beginning to eat.*

Cum subjunctivo valet *être sur le point de* .... atque ita resolvuntur participia in *rus* latinorum:

pot u ketllilmi, *præcise est quod moriatur, he is just dying.*
lu pót u tik'elzgui, u koehguiztmutm ts'ehkoeschui; *I was just returning, when I was attacked by the Black Feet.*

Cum futuro subjunctivi (sine particula ne) valet *je viens de:*

pot u szniéko,	*il vient de traverser la rivière.*
pot u stllíl,	*il vient de mourir, he is just dead.*
pot u is'itsch,	*I am just sleeping.*
zguisch kaeksmenigui,	*viens fumer.*
pót u isius mènigu,	*je viens de fumer.*

§ 4.

Isiz est adverbium, adjectivum, et verbum; ut adverbium valet *recenter*, et conjungitur cum pronomine demonstrativo iè, *hoc:*

skasip a liúmstm? ta iè isiz; *y a-t-il longtemps qu'on a sonné? Non, tout recemment.*

Ut adjectivum significat *novus, recens:*

gamip iè spiikalk; koaksguísltm zi tel isiz; *ces fruits sont secs; donnez en moi des frais (recemment cueillis).*
chèn lu isiz ink'ek'eschín? *ubi sunt nova calceamenta mea?*

Ut verbum habet præsens isiz, perfectum siz, et futurum msiz.
Præsens isiz valet *tandem* (tamquam interjectio):

isíz knestkóli! *tandem operaris, enfin tu travailles.*

Perfectum siz valet *tum* vel *tunc tandem*, præcedente perfecto subjunctivi cum particula lu, *cum:*

lu kocheszinmis, siz tuchgut'tels; *cum me dictis lacesserit, tum tandem iratus sum.*

Cum vero usurpatur in sensu futuro, significat itidem *tunc* et locum tenet particulæ nem, quia communiter præceditur a futuro subjunctivi:

ne kaesuiéchst msiz kaeíln; *postquam opus complevcrimus, tum comedemus.*

CAPUT 8um.

De Præpositione.

§ 1.

Præpositiones *apud* (*chez, auprès*), *cum* (*avec*, in sensu animato), *in, dans, status in loco*, vertuntur per præpositionem *l.*

l suèt u kuemút? l iskoi; *eum quo habitas? cum matre mea.*
chèn lu Pitalis? l ilmígum u emút; *ubi est Vitalis? apud ducem manet.*
l anzitgu u tkontèn lu intapmín; *in domo tua posui sagittas meas.*

Nota. Præpositioni *l, cum* (concomitante), interdum additur pronomen personale copulativum kae, *noster:*

l suèt mkuchlíp? l kae anui—l kae Pol—l kae sinze, etc.; *cum quo venaberis? cum nostro te (tecum)—cum nostro Paulo—cum nostro fratre minori.*

Licet cum persona *quæ* nullam habeat affinitatem vel relationem cum eo qui loquitur.

§ 2.

Si substantivum cum præpositione *t* (*avec*) instrumenti vel cum præpositione tel, *ex*, habeat adjectivum ante se, præpositio communiter repetitur ante utrumque:

t esmilko t kaesp'ús kack'e'sgamènchstm kae kolinzutn; *ex toto ex corde nostro semper amare debemus Deum.*
t iult t kák u kopolsts; *avec un gros baton, il m'a frappé.*
kolinzutn esnchschúzín tel esiá tel ililmigum; *Deus est super omnes duces.*

In sensu possessivo præpositione præponitur genitivo possessori:

nè tnòzki tel koúilks zítgus, *cum exiero ex Missionarii domo* (vel *cubiculo*).
chgoégoèit ch sgoèlmn schuschnèls istágolusi, *bene multi ad diaboli* (inferni) *semitam properant.*

CAPUT 9um.

De Interjectione.

Interjectio iò (vel iòh) valet *o quantum!*

iò l kagamènchs!	*oh quantum me amat.*
iò tn konkoint!	*oh quantum pauper sum.*
iò tn pupusènch!	*oh quantum dolco!*

CAPUT 10um.

De Conjunctione.

Pronomen demonstrativum iè, *hoc*, est etiam particula copulativa vel etiam disjunctiva:

esmistegu iò gest, u iè tèíe, *scis et bonum et malum;* id est, *nosti quæ bene et quæ male sint facta.*
Mel ta kuestlil, iè kucheszin, iè kutiákot; *numquam quieveris, modò altercaris, modò litigas.*
ukuénisch iè ikuíl iè ipík, *elige* (ex *his*) vel *rubrum* vel *album*, etc.

CAPUT 11^{am}.

De Compositione Verborum.

Substantiva quædam generica supplentur communiter in oratione per syllabas quasdam finales, verbis vel adjectivis appositas et cum his compositas, quarum quædam (præsertim quæ pertinent ad aliquam corporis partem) dicunt *instrumentum* vel *modum*, alia verò *objectum*, circa quod actio verbi exerceatur.

Aliquot præcipuas ex eis elegi, quas operæ pretium duxi hic adnotare maximi enim sunt momenti, tum quia his explicatis, facilior fiet interpretatio sententiarum, quæ ab Indis proferuntur, cum primo intuiti voces ex quibus verba componuntur, deprehendantur; tum quia plura ex verbis compositis, quæ formant difficultatem linguæ Sclicæ hic in unum collecta et tum synthetice tum analytice explicata, memoriæ et tempori plurimum proderunt. Sunt verò quæ sequuntur:

agan, quæ stat pro schnagan, *brachium*.

aks, ks } quæ stant pro schaischuel, *via*, vel spsaks, *nasus*.

alko, lko } quæ stant pro qualibet materiâ lignea pro luk, *lignum*, sive arbor sive baculus.

alks, lks } quæ stant pro veste qualibet, quæ ab humeris pendet, sive indusium sit sive sagum, etc.; snazlkeit, *indusium*.

atiku, čtiku } stant pro schulko, *aqua*, vel pro quolibet liquido.

echst, chst } stant pro chèlsch, *manus*, et dicunt actionem positam manibus, juxta naturam radicis verbi præced.

čis quæ stat pro galègu, *dens*.

elgu vel lgu, quæ stant pro zitgu, *domus*, vel *tectorium*, *casa*, *stabulum*, *habitaculum quodlibet*, et per analogiam etiam *pellis animalium*.

elze, lze } stant pro skeltich, *caro*, *carnes*, *corpus* sive *hominum* sive *animalium*.

ize, ze } stant pro sizem, quod valet tegumentum quodlibet quo totum corpus tegitur, s.ve lodix sive aliud.

kani, kien } stant pro splkein, *caput*, vel per analogiam esmòck, *manus*.

èlgu quæ vox non habet substantivum absolutum æquivalens; hinc est semper copulativum et valet *locus*, *terra*.

schín, selu } quæ stant pro zooschin, *pes*, *crus*, et dicunt actionem positam pedibus.

skàgae quæ stat pro snchlzaskagae, *equus*, vel *quolibet alio animali domestico*.

us quæ stat pro sgulus, *facies*, vel chkutkutlústin, *oculus*, vel pro solschiztin, *ignis*, pro sulip, *flamma*, et kukusm, *stella*.

zin, zu } stant pro splimuzn, *os*, *oris*, et præcipue ostendunt actionem verbi positam fuisse ore, sive loquendo sive alio modo.

Quæ syllabæ radicibus verborum appositæ assumunt affixum *i*, si intransitive; vel *m* si transitive usurpantur:

agan.

tnesgupmagani, *brachium extendo*, ex iègupmim, *extendo*.
tnestcluságani, *venam aperio*, ex iestilim, *rumpo*, et us, *oculus*, quasi *faire un œil au bras*.
tneszalagani, *avoir mal au bras*, ex tneszalmi, *infirmor*.
tneskaopagani, *brachium frango, se casser le bras*, ex tneskaopmi, *frangor*.

SUBSTANTIVA.

lguguzágon, *brachium breve (habens)*, ex lguiguèzt, *brevis*.
spes'chstagan, *manica, une manche*, ex speichst, *chyrotheca*.
usschnagan, *brachium longum (habens)*, ex uísschn, *longus*.

aks vel ks.

tnesnmiáksi, *viam ostendo*, ex tnesmeiei, *doceo*.
tnesntgoáksu, *recta via incedo*, ex itog, *rectus*, ex quo ics.
tgomún, *dirigo*, et præpositione n, *in*. Vide verba locativ.
tnesnchschistáksi, *per viam tritam incedo*, ex tnesschiusti, *transeo, passer*.
tnesnzalaksi, *naso laboro*, ex tneszalmi, *ægroto*.

SUBSTANTIVA.

inkolks, *via pulverulenta, chemin couvert de poussière*, ex skól, *poussière*.
intògks, *via recta*, ex itòg, *rectus*, et n, *in*.
naslàks, *bivium*, ex esèl, *duo*.
nkutnaks, *via lata, grand chemin*, ex kutunt, *magnus*.
eslgoáks, *qui nasum terebratum habet*, ex ieslgom, *terebro*.

alko vel lko.

tnes'chta'alkoi, *contra lignum offendo, donner contre un arbre*, ex tnestè'emí, *tundo*, et præpositione ch, *ad*.
tnesgutpsalkoi, *e sylva egredior, sortir du bois*, ex tnesgutpmi, *metam attingo, aller au but*.
eszakoálkoi (impers.), *arbores florescunt*, ex tnesz'ekomí, *floresco*.

SUBSTANTIVA.

kalálko, *lignum viride*, ex ikèil, *quidquid naturaliter humidum et nondum exsiccatum est*.
illáklko, *tabula, une planche*, ex illák, *subtilis*.
tlízlko, *lignum durum*, ex tlizt, *durus*.

alks vel **lks.**

tnesnptlálksi, *sive indusio sum, sive quia carco, sive quia deposui*, ex iespt lim, *abjicio aliquod indumentum.*

SUBSTANTIVA.

chlkaltchálks, *sagum, un capot*, ex chlkéltich, *externus, supra, une chemise, un habit dessus.*

sololimálks, *lorica, une cuirasse*, ex ololím, *ferrum*, quasi *indusium ferreum.*

pickalks, *vestis alba*, ex ipick, *albus.*

stkaiálks, *sagum album, un capot blanc*, ex staikai, *lodix alba.*

knáilks, *indusium nigrum, vestis nigra*, et per analogiam *un Missionnaire, un Prêtre*, ex ikoai, *niger.*

atiku vel **ètiku.**

tnesnloópètiku, *in aquam, in flumen decido*, ex tnesloópmi, *in foveam cado*, et præpositione *n.* Vide verba locativ.

tnesntllètiku, *submergor, se noyer*, ex tnestllilmi, *morior*, ad litt. *morior in aqua.*

tnesntkétikum, *immergo, plonger* (definit.), ex ieskom, *pono.*

iesnpkuètikum, *infundo in aquam* (*tremper*), ex iesnpkum, *immitto*, quod ex iespkúm, *dirado.*

SUBSTANTIVA.

esozkètiku, *fons, une source d'eau*, ex tnesozkei, *egredior*, ad litt. *aqua egrediens.*

nzlàtiku, *aqua frigida*, ex izèl, *frais.*

sguimtiku, *glacies*, ex tnesgûi, *vado*, quasi aqua supra quam incedítur.

sgsètiku, *jus, bouillon*, ex gest, *bonus*, quasi *aqua bona.*

esltipètiku, *cataracta, une chute d'eau*, ex tnesttipmí, *in præceps ruo ab alto.*

stlagètiku, *fluentum, un rapide*, ex tlgat, *velox ad currendum.*

chlpoosátiku, *spuma, l'ecume dans l'eau*, ex spoos, *spuma*, quam equi ex ore remittunt et præpositione ch, *super.*

echst vel **chst.**

tnes eichsti, *ulciscor*, ex iesneism, *compenso*, quasi *compenso me manibus*, id est *factis ulciscor.*

tnesuiechsti, *opus compleo, achever quelque ouvrage manuel*, ex iesuím, *finio, compleo.*

tnesptlechsti, *laxo, lacher ce qu'on tient des mains*, ex iesptlím, *abjicio.*

tneskazechsti, *manum contraho, fermer la main,* ex impers. eskazpuí, *ce qui se retire comme un nerf jetté sur le feu.*
tnespòosachsti, *opus alicujus irridendo turbare,* ex tnespooszáni, *mugor, badiner.*
tnesogògèchsti, *ambas manus habeo congelatas.*
tnesògèchsti, *unam manum habeo congelatam,* ex ògt, pret. perf. quod ex esògt, *est gelée quelque partie du corps.*
tnesmalkùèchsti, *se casser un doigt,* ex iesmalkum, *confringo.*
tneszozèuchsti, *manus lavo,* ex ieszeum, *lavo.*
tneszozoiechsti, *manus meæ frigent,* ex zalt, *frigus.*

SUBSTANTIVA.

schzlzlèchst, *rami arborum,* ex szlzil, *arbores, sylva,* quasi *manus arborum.*
st'tankeinchst, *digitus minimus,* ex st tènti, *frater natu minimus,* et kein, *caput;* quasi *caput minimum manus.*

èis.

tnesnzóokèisi, *dentem avello, arracher une dent,* ex ieszóokém, *evello,* v. g. *clavum a pariete.*
tnesnzalèisi, *dentibus laboro,* ex tnèszalmí, *ægroto.*

SUBSTANTIVA.

nusschnèis, *dentes longas habens,* ex uisschn, *longus.*
ngsèis, *qui habet dentes pulchras,* ex gèst, *bonus.*
nchesèis, *qui habet dentes deformes,* ex chest, *malus.*

elgu vel îgu.

tneskòllgui, *domum construo,* ex tnèskoli, *facio.*
tnestekoèlgui, *tentorium consuo,* ex iestekóm, *consuo, coudre.*
tnesgsgustèlgui, *plures domos ingredior, aller d'une loge à l'autre,* ex tnesguisti, *ambulo.*
tnespumlgui, *pelles fumigo, boucaner les peaux,* ex iespúm, *fumigo.*
tnesspschlschèlgui, *tentorium loco muture, décamper, changer de place la loge, la tente,* ex iessípschlschm, *amoveo.*

SUBSTANTIVA.

spièlgu, *tentorium pelliceum,* ex sipi, *corium, funis pelliceus.*
sluklgu, *domus ligneu,* ex lúk, *lignum.*
snchlzèlgu, *pellis cervina, peau de biche,* ex snech'lze, *cervo.*

zoliguèlgu, *pellis dumæ, peau de chèvre,* ex z'oligu, *chèvre.*
chlklkulèlgu (diminut.), *vitulus infra sex menses,* ex ikuèl, *ruber,* et præpositione ch, *super,* quasi *ruber super pellem.*

elze vel **lze.**

tnèstapelzei, *corpus alicujus ferio,* ex iestapim, *ferio.*
tn'es chtkelzei, *aliquem occidendum insequor,* ex ies chlkèm, *insequor simpliciter.*
tnèskoltèlzei, *carnes equis impono,* ex ieskoèltm, *onero.*

SUBSTANTIVA.

kalèlze, *carnes recentes, viande fraiche,* ex ikeil (vide kalalko).
lulueize, *spinæ, les épines,* ex ies lu úm, *pungo,* (quasi) *quod pungat carnem* vel *corpus.*
szkaièlze, *carnes fumigatæ, viande sèche,* ex szkei, part. passiv. verbi ieskèim, *monter les perches de loge;* quia super palos tentorii fumigantur carnes.

ize vel **ze.**

tnèstkaizei, *lodice* (vel operimento quolibet), *me exuo, déposer la robe, la couverture, le manteau,* etc., ex tnestkami, *pono, depono.*
tnesteúzei, *lodicem emo,* ex tnèstomisti, *mercor.*

SUBSTANTIVA.

es'chliúze, *qui sucidum vultum habet,* ex esluíti, perf. liút, *il est erasseux,* et præp. ch, (quasi) *sucidus super vestem.*
chkonkoníze, *habita pauper, pauvrement habillé,* ex konkoint, *pauper,* et ch, *super, circa.*
skoáize, *lodix nigra,* ex ikoai, *niger.*
skóinze, *lodix viridis,* ex íkoin, *viridis, ceruleus.*
skuílze, *lodix rubra,* ex ikiúl, *ruber.*

kani vel **kein.**

tnes'chamòtkani, *sum, moror, maneo super montem,* ex tnesemúti, *habito,* et præp. ch, *super.*
tnes'chgoi'zkani, *comam tondeo,* ex iesgoizm, *circum sec* , et ch, *super.*
tnes chlakèini, *caput sustendo, appuyer la tête,* ex tnes'chleemí, *premo,* et ch, *super;* quasi premere caput super aliquid.
tnes'chtoikani, *caput inclino,* ex iestíum, *curbo, courber, plier un arbre en le prenant par le bout.*

tnes chzáukani, *caput lavo*, ex ieszeum, *lavo*.
tnèsóschkeíni, *caput pecto, se poigner*, ex iesoschím, *pecto*.
tnesspkeini, *caput percutio*, et tnes chspkeini, *percutio super caput*, ex iesspím, *flagello*.

Nota. Hæc verba significant etiam frumentum tundo, *battre le blé*, a quibus etiam derivatur sspkein, *frumentum*, id est, *caput percussum*.

tnesschitemkeíni, *caput erigo, lever la tête*, ex iesschitemím, *abdo*.
tnesptlkeíni, *caput detego, decouvrer la tête*, ex iesptlím, *depono aliquod indumentum*.

SUBSTANTIVA.

chilók'kan, *calvus, chauve*, ex ilòk, *rasus*, et ch, *super*, *rasus super caput*.
kutònkan, *caput magnum*.
ch kutònkan, *mons excelsus*, ex kutunt, *magnus*.

lègu.

tnesgustùlègui, *pedibus incedo*, ex tnèsguísti, *incedo*; quasi *marcher à terre*.
tnestelúlégui, *aro, labourer*, ex iesttelím, *lacero*; quasi *je déchire la terre*: hinc ttelúlègutu, *un déchireur de terre, aratrum*.

SUBSTANTIVA.

supúlègu, *herba, fœnum*, ex sups, *cauda*; quasi *cauda terræ*.
chesúlégu, *locus inamœnus, mauvaise place*, ex chest pro teié, *malus*.
ngalúlégu, *locus periculosus, timendus*, ex tnesngèli, *timeo*.

Nota. Vox lègu plerumque admittit ante se pronomen *u* ut patet ex exemplis datis; paucis exceptis, ut:

igaulègu, *locus aridus*.
tlízlègu, *locus durus, terra dura*.
izúplègu, *locus sucidus, une place sale*, etc.

schín vel schn.

tneste'eschmni, *pedibus, illido, offendo*, ex tneste'emi, *tundo*.
tnès'chlhagkopschmni, *labor, glisser, tomber en glissant*, ex lhákо, *place lisse sur laquelle on glisse facilement*, v. g.; *sur la glace, ou une terre argilleuse*.
tnèsgètlschni, *tibilia me induo, mettre ses mitasses*, ex iesgetlin, *os rodo, ronger un os*.
tnes'ògschni, *j'ai un pied gelé*, ex csógti, ogt, vid. supra.
tnes'chlschmni, *pedem alligo, mettre un bandage*.

tnes'chazchnmí, *pedes alligo, entraver les pieds,* ex ieslchím, *ligo, bander, lier,* et iesazím, *ligo, entraver,* quod proprie dicitur de equis.
tneskaopschmmi, *crus frango, se casser une jambe.*
ieskaoschnim, *crus alicujus frango,* ex tneskaopme, *frangor,* et ieskaóm, *frango.*
tneszoozeuschmi, *pedes lavo,* ex ieszeim, *lavo.*

SUBSTANTIVA.

chIguiguêschn, *crura* vel *pedes breves habens,* ex Iguiguest, *brevis.*
esplIlschín, *discalceatus, nus pieds,* ex iesplIm, vide supra.

skàgae.

tnes'chschteskágaie, *animalia custodio,* ex ies chschtim, *curam habeo, custodio.*
tneslaskágaei, *animalia inquiro, chercher les animaux domestiques,* ex ieslu-lu usm, *quæro.*
tnesosskágaei, *animalia domestica amitto,* ex ies osinm, *perdo.*

SUBSTANTIVA.

snchlzáskágae, *equus, un cheval, les chevaux,* ex snéchlze, *une biche;* quasi *animal cervinum.*
kutiskagae, *un grand cheval,* ex kutunt, *magnus.*

us.

tnesnlúsi, *ignem accendo,* ex ièsulim, *cremo, brûler.*
tnes'chulúsi, *ignem admoveo, mettre le feu à,* ex præcedenti.
tnesuzkusi, *ab igne amoveo,* ex ieszkum, *traho.*
tnespúgusi, *souffler dans le feu,* ex iespugum, *sufflo.*
tnesgamzústi, *faciem* (barbam) *rado,* ex iesgamzim, *rado, gratter.*
tnesnzeûsi, *faciem lavo,* ex ieszèum, *lavo.*
tnesplehúsi, *reverter, retourner,* ex tnesplehmi, *verto:* quasi *faciem averto.*
tnes'chzalúsi, *oculo laboro, avoir mal à un œil,* ex tneszalmi, *ægroto.*
tnes'chmaluiúsi, *oculo medeor,* ex tnesmalièmi, *medicor.*
tnèsilgúsi, *oculos velo, bander les yeux,* ex iesièlgum, *tego.*
tnesntkúsi, *oculo careo, être borgne,* ex iestkum, *percer un bouton, une tumeur.*

SUBSTANTIVA.

chkutnús, *magnus ignis, incendium* (qui magnos habet oculos), *stellæ majores.*
chesús, *deformis.*

gesús, *speciosus formâ.*

chschischinustn, *perspicalia, lunettes*, ex ies chischinúm, *mettre un emplatre sur une partie du corps.*

zin vel zn.

tnes'zlzni, *arroganter loquor, verbis ulciscor;* vide syll. echst, supra.

tnes'chezíni, *male loquor;* ad litt. *j'ai une mauvaise bouche*, ex chèst, *malus.*

tneshoízni, *taceo, cesser de parler*, ex ieshoim, *cesso.*

tneskolchiz'zíni, *amplector, embrasser*, ex tneskolchizchi. *parcourir;* quasi *j'arrive avec la bouche.*

tnesngampzíni, *sitio, avoir soif*, ex ganip, *aridus* vel *aruit*, ex asgampmí, *arescit*, quasi *j'ai la bouche aride.*

tnessiékuzni, *murmuro*, ex iesnèkum, *celo;* quasi *je cache mes paroles, ma bouche, je parle en cachettes.*

tneslkukuièzni, *submissa voce loquor*, ex lkukuiúme, *parvus.*

SUBSTANTIVA.

nchoi oizín, *irrisor, qui alios verbis irridet*, ex iesoin, *irrideo.*

nkonkonzin, *pauper in loquendo, sermone contemptibilis;* id est, *qui inutiliter loquitur iis qui aures præbere despiciunt*, ex konkoint, *pauper.*

Nota 1. Quædam vocabula in compositione dividuntur, ut:

tneskolnzuzuèpi, *pulso ad januam;* pro tuèszumí, *pugnis aliquem peto*, et kolnchmèp, *ostium.*

ieskoln mau pm, *ostium aperio;* pro iesmaúm, *rumpo*, et kolnchmèp, *janua.*

tnes kolt ltel kanch skagaci, *calcaribus equum stimulo;* pro iestelkèm, *calcibus aliquem peto*, et skoltgoènch, *latus*, et snchlzaskagac, *equus.*

Nota 2. Syllabæ finales nuper expositæ vel singulæ vel plures locum habere possunt in compositione verborum prout singula vel plura sunt substantiva, cum quibus verba componuntur, quorum tamen analysis facilis erit sic: tnes'ch sp kan álko i, componitur ex ch, *super*, sp *pro* iespim, *flagello*, kan, *caput*, luk, *lignum:* ad litt. percutio super caput (alicujus) ligno.

Item: tnès ch áz schi skagaèi, componuntur ex ch, *super*, az radix verbi iesazim, *ligo;* schin, *pes*, skagac, *equus;* ad litt. *ligo equum super pedes, je lie les pieds, les jambes des chevaux*, vulgo, *j'enfarge les chevaux.*

Nota 3. Hæ syllabæ finales non solum in usu sunt, cum substantiva necessaria componuntur cum aliis orationis portibus, sed etiam exprimenda sunt cum apud Europæos substantiva æquivalentia omittuntur in oratione, tanquam non necessaria, uti accidit in responsione relativa ad substantivum præcedentem.

Exempla singula pro qualibet syllaba finali exposita satis erunt ut hoc præceptum clare pateat.

estskuáks, *il a le nez croche*, vel *il* (id est *son nez*) *est croche*; pro simpliciter estisku, *est distortus*, *il est croche*.

nnósks, *il y a quatre chemins*, vel *il y en a des chemins quatre*; pro simpliciter, nús, *quatre*.

usschnálko, *ce bois*, *cet arbre est long*, vel *il* (*ce bois*) *est long*; pro simpliciter nisselm.

chesúlks, *c'est une mauvaise chemise*, *elle* (*cette chemise*) *est mauvaise*; pro simpliciter teic.

esmopètiku, *l'eau coule*, vel *elle* (*l'eau*) *coule*; pro simpliciter esmoopmi, *fluit*.

tn niècłst, (perf.) *j'ai achevé l'ouvrage*, vel *je l'ai* (*l'ouvrage*) *achevé*; pro simpliciter nistèn, *complevi*.

nustèlgu, *cette maison est haute*, vel *elle* (*la maison*) *est haute*.

sekeize, *la couverture est barrée*, vel *elle est barrée*; pro simpliciter esekei, *est marquée*.

piek'kan, (anim.) *il a la tête blanche* (*les cheveux blancs*), vel *elle* (*sa tête*) *est blanche*; pro simpliciter ipiek, *est blanc*, *blanche*.

kutnúlègu, *c'est une grande place*, vel *elle* (*la place*) *est grande*, pro simpliciter kutunt, *est grande*.

tnesskagae, (perf.) *j'ai perdu les chevaux*, vel *je les ai perdus*, pro simpliciter osn, *perdidi*.

ezgagalús, *ils ont la figure semblable*, vel *elle* (*leur figure*) *est semblable*, pro simpliciter ezgagail, *sunt similes*.

Nota 4. Ad compositionem vocabulorum pertinet usus radicis verborum ut clarè patet ex allatis exemplis; quæ radices communiter præcedunt substantiva cum quibus componuntur, paucis exceptis, in quibus verbum vix aliquid retinet ex radice, v. g.: tneslkotústi, *iter longius arripio*, *passer par le chemin le plus long*, compositum ex lkót, *longe*, et tnesschuisti, *transeo*, etc.

CAPUT 12^um^.

De Differentia quorumdam Verborum.

Cum ad recte loquendum magni interesse arbitratus sum nosse differentiam essentialem quarumdam vocum, hic ante finem adnotandas curavi:

SUBSTANTIVA.

gampúlègu, *locus aridus* (accidentaliter).
igámlégu, *locus aridus* (naturaliter).
schlèul, *ratis lignea*, *un cajeu de bois*.
s'chlch'éliku, *ratis pelliceu*, *cajeu fait avec la loge*.
szeslégnèlptn, *scopæ* (pro domo mundanda).
szesulegutn, *scopæ* (ad mundandum extra domum).

ADJECTIVA.

Esiá, *totum* (quod de pluribus compositur, ut frumentum, radices).
esmílko, *totum, le tout, tout entier.*
inàeka, *putridus* (de quacumque re animali).
itúek, *putridus* (de lignis tantùm).
ichím, *obscurum* (cœlum ob luræ privationem).
izehím, *obscurum* (cœlum ob nubilum aerem).
inchim, *obscurum* (cubiculum, tentorium, etc., ex defectu ignis vel luminis).
igal, *limpidus, transparens.*
ingal, *limpida* (aqua).
iúlt, *spissus, crassus* (de arboribus tantum).
plilt, *spissus, crassus* (de aliis rebus).
izèl, *frigidus* (id est, non calidus).
isúi, *frigidus* (habens naturam frigoris).
koilkolt, *agilis, velox* (ad currendum).
koímkomt, *agilis* (in agendo).
tlagt, *agilis, velox* (in inanim.).
ilm'mòz, *mollis*, ut tumores, et similia.
ilm'niko, *mollis*, de re aliâ quacumque.
itlaeka, *calidus*, ex calore ignis.
kukulíl, *calidus*, ex calore solis.
intlaeka, *calida* (aqua).
itas, *durus* (accidentaliter), *endurci.*
tlízt, *durus* (naturaliter), *dur.*
kuaukót, *stultus* (physice vel moraliter).
ikoèn, *stultus* (physice tantum), *une bête.*
ioioot, *fortis* (viribus).
sisius, *fortis* (in agendo), *magnanimus.*
goagàat, *fortis* (in bello), *strenuus bellator.*
lehlicht, idem.

VERBA.

tnes'eichsti, *ulciscor* (factis).
tnes'eizni, *ulciscor* (dictis).
esmistén, *novi* (aliquid factum vel dictum).
èsiostèn, *novi*, aliquid memoriter.
mipnún, *novi* (aliquid ex visu, auditu, vel novi aliquem in sensu scripturali)
súgun *vel* essugustn, *novi aliquem, reconnaitre.*
iesguènín, *impedio* (aliquem ne aliquid faciat).
iesmáckam, *impedio* (aliquem ne discedat).
tnesinschi, *discedo* (a pago, castra moveo).
tnèlgùi, *discedo* (ab alterius domo vel tentorio).
tnesgoolèchsti, *propero* (in agendo).

tnesuámisti, *propero*, in eundo.
tneskúpi, *impello* (aliquid physice, *pousser*, vel aliquem moraliter ad malum, *solliciter*).
tneskéili, *impello* (allieiendo ad bonum vel malum).
tnes chiamí, *impello*, allicio ad malum.
tnesioioszuti, *conor*, *s'efforcer* (physice).
tneskoílmisti, *conor*, *tâcher de...* (moraliter).
tnesichshtemísti, *caveo*, *prendre garde.*
tneskunèí, *accipio* vel *teneo* (manibus).
tnes'chÎtkènei, *teneo* (aliquid ne cadat).
tneskoÎnkolipi, *ostium claudo* (tentorii).
tneskoÎnschuèpi, *ostium claudio* (ligneum).
tneskolnznmápi, *ostium claudo clavi.*
tneskoÎn ch'hépi, *ostium tentorii aperio.*
ieskolnmaupm, *ostium ligneo aperio.*
tneskoÎnch hékuèpi, *ostium aperio clavi.*
tnesmoigei, *ariolor* (qua arte utebantur ad detegendas hostes).
tnestlekuílschszúti, *ariolor* (de alia re quacumque).
ieslopkamn, *curvo* (simpliciter), *plier, courber.*
iesiáilkom, *curvo* (in circulum).
iesiamimn, *timeo aliquem* (non fido illi).
iesngèlm, *timeo* (*avoir peur de*).
tnesnchzlkèiti, *bajulo ligna.*
tnesntkolkeiti, *bajulo* (quidquid aliud).
iesnguz schúsm, *solvo* (pro debito vel damno).
iesgúekam, *solvo* (pro rebus emptis vel opere præstito).
tnesschièlsi, *annuo*, *consentir* (pro qualibet re).
tnesuschielsi, *annuo* (circa matrimonium ab alio contrahendum).
tnesnzlpèlsi, *fallor* (intransit.), *se tromper.*
tnestk'kamí, *fallor*, *decipior*, *être trompé* (pass.).
tnesuèlkúpi, *descendo* (ex alto in inferiorem locum).
tnesttipnzuti, *descendo* (ex equo).
tnelzgui (perf.) *redeo*, *redivi*, *venio iterum.*
tnesplehúsi, *redeo* (ex itinere non completo).
tnolz'ímseh (perf.) *redeo* (completo itinere).
tnestéschlschi, *surgo* (a sedendo).
tnesgutilschi, *surgo* (a recumbendo).
tnesuènchi, *chorcas duco* (de viris tantum).
tnesiûli, *chorcas duco* (de feminis tantum).

APPENDIX.

Relatio Consanguinitatis et Affinitatis.

Licet proprie loquendo non spectet ad grammaticam hujusmodi catalogum describere, tamen cum ex tali relatione difficultas non levis oriatur, tum ex multiplici appellatione, tum etiam ex duplici formâ, quam habet, relatè ad viros unam, alteram relate ad mulieres; et cùm Missionariis hanc etiam nosse et distinguere necesse sit, rem utilem fore puto, ad ealeem totius opusculi relationes in unam collectas et per sexus distinctas apponere.

Relatè ad viros.	Relatè ad mulieres..
sgelui, *maritus.*	nògnag, *uxor.*
l'èu, *pater.*	mestm, *pater.*
skoi, *mater.*	tòm, *mater.*
skokoi, *amita* (soror patris).	tikul, *amita* (soror patris).
sgus'mèm, *soror.*	sukusigu, *soror.*
tònsch, *nepos, neptis.*	skusèlt, *nepos.*
szèscht, *sororius* (maritus sororis).	sttmch'èlt, *neptis.*

Relatio communis utrique sexui.

sgaèpe, *avus* (ex parte patris).
silé, *avus* (ex parte matris).
kèné, *avia* (ex parte patris).*
ch'chièz, *avia* (ex patre matris).
tòpie, *abavus et abava.*
sm'èl, *patruus* (frater patris).
s'si'i, *avunculus* (frater matris).
kúge, *matertera* (soror matris).

* Duo relationes keno et ch'chice, sunt etiam relativæ nepotibus (*les petits fils*), ita ut aviæ et nepotes his duobus se invicem appellent.

skusèe, *filius.*
sgusígult, *filii et filiæ, the children of.*
sk'kusèlt, *filiolus* (genericè).
s'schiitemíschlt, *filius* vel *filia natu major.*
sk'cusèlt, *filius* vel *filius natu minor.*
st'cùtèlt, *filius* vel *filia natu minimus.*
stomchèlt, *filia.*
snkusgutèus, *fratres* vel *sorores germani* (de duobus).
snkusgutèlis, idem; de pluribus quam duobus.
k'èzch, *frater natu maximus.*
k'eùs, *frater natu major.*
sinzé, *frater natu minor.*
st'tènti, *frater natu minimus.*
lch'chschèe, *soror natu major* (diminutiva).
lkak'ze, *soror natu minor* (diminutiva).
lz zups, *soror natu minima* (diminutiva).
sgágèe, *socer* (pater mariti vel uxoris), *beau père.*
lzèzch, *socrus* (mater mariti vel uxoris), *belle mère.*
nluèstn, *patruus, l'oncle* (patre nepotis mortuo).
sluèlt, *nepos et neptis* (patre mortuo).
znèchlgn, *gener.*
zèpn, *nurus.*
segunèmt, *parentes matrimonio junctorum.*
sestèm, *levir* vel *fratrie, le mari de sa sœur,* ou *la femme de son frère.*
ischèu, *uxor fratris uxoris, le femme du frère de sa femme.*
kolemút, *cognatus, le mari de la sœur de son mari,* ou *la femme du frère de son mari.*
nhoíztn, *levir et fratria* (alterutro mortuo).
luèstu, *vitricus et noverca.*
s'chèlp, *nurus* (filio mortuo), *la veuve de son fils.*
st'mèls, *propinquus, affinis,* etc.
snkusígu, *patruelis, sobrinus, consanguineus.*
plur. snkusgusigu, *les cousins, les cousines, les parens* (genericè), etc.

Modus quo Selici pronunciant quædam Nomina Propria Galllice eis imposita (cum Orthographia Indica).

Adolphe, Atol.
Ambroise, Amelo.
André, Antelé.
Angelique, Aselik.
Augustin, Kinsta.
Basile, Pósil.
Benoît, Penoël.
Benjamin, Pisamí.
Charlotte, Sallót.
Clotilde, Toloti.
Edouard, Etuál.
Eugene, Uselní.
Ferdinaad, Palchina.
Florence, Plaís.
Frederic, Silisik.
Jerome, Chilom.
George, Zòsep.
Gregoire, Pelikoe.
Guillaume, Uliám.
Henri, Alí.
Henriette, Alièt.
Ignace, Mias, Niàs.
Hubert, Upèl.
Jacques, Isák.
Jean, Chón.
J. Baptiste, Sampati.
J. Pierre, Sanpiel.
Jeanne Marie, Sanamali.
Joachim, Soasa.
Joseph, Zòsèp.
Josephine, Zoapí.
Josette, Susett.
Jules, Isúl.
Julie, Isolí.
Justin, Justa.
Laurent, Lola.
Lazare, Lasa.
Louise, Luisò.
Marcellin, Massala.
Martin, Malta.
Maurice, Molis.
Pelagie, Pelasi.
Prudence, Penitàs.
Raymond, Alimò.
Raphael, Apèl.
Remi, Lamin.
Rigobert, Olkapé.
Rosalie, Usali.
Sophie, Supí.
Ursule, Usúl.
Victor, Mit'tól.
Victoire, Mit'toál.
Vincent, Paselò.
Vitalis, Pitàlis.
Zacharie, Sakali.

De Temporis Divisionibus.

Ratio computandi dies differt ab Europæis, licet enim adhibeant vocem sglgàlt, quæ revera *diem* significat, ipsi tamen intelligunt noctes, ita ut in computatione dierum, dies ultima numquam includatur: hinc licet aliquis quatuor integris diebus iter fecerit, dicet se *tribus diebus*, tchaláskat, perfecisse. Hinc quoties de numero dierum loquuntur, una semper dies addenda est.

Menses computant lunis, ex spkaní, *sol* vel *luna*, et dies per ferias.

Hebdomadam unicam per splcháskat, *septem dies*, plures vero hebdomadas per s'chaxèus, id est, *vexillum* quod a duce maximo qualibet die dominica suspendebatur.

Dies autem in novem dividitur partes.

spakzin, *aurora* (ad litt. *os album, la bouche blanche*).
skuèkust, *ortus solis*.
sglgalt, *dies, le jour, la journée*.
ntgògkeín, *meridies*.
niákokein, *post meridiem*.
chsòoskan, *solis occasus*.
chelúg, *tempus inter solis occasum et noctem*.
kaíkol, *initium noctis*.
skuknèz, *nox*.

Horas vero per solis cursum dividunt.

De Dialectis.

Nationes quæ radicaliter linguam Selicam loquuntur sunt saltem decem:

Calispelm, (vulgo)	*Pends d'oreilles du Lac Inferieur.*
Slkatkomlchi,	*Pends d'oreilles du Lac Superieur.*
Selish,	*Têtes Plattes.*
Sngomènci, Snpoilschi, Szk'eszilni,	*Spokans.*
S'chízni,	*Cœurs d'alène.*
Sgoièlpi,	*Chaudières.*
Okinakein, St Iàkam,	*Okanagan.*

Ex quibus primæ tantum tres unam eandamque linguam loquuntur et ex his natio Calispelium, ex qua certo certius aliæ duæ derivantur, melius quam cæteræ loquitur quippe quæ vocabula integra pronunciat. His proxime accedunt tres nationes Spokanorum, qui eum quasi centraliter habitent, scilicet inter Calispelm, S'elıizni et Sgoiëlpi, aliquid mixtum habent cum dialectis. Differentia eorum dialectus consistit præsertim in mutatione consonantis duplicis *ch* in *k* et vocalis *e* in *i;* sic l'èu pater dicunt l'íu, præter aliquot verba ipsis propria, et quæ nihil habent commune cum vocibus selicis correspondentibus, sic:

geièlinag, pro spkani. *sol, le soleil.*
gtlut, pro s'schènsch, *lapis, une pierre.*
ntitiig. pso smlich, *saumon.*
sku k'ísut, pro ku kusm, *stella, etoile.*
slipp, pro luk, *lignum,* etc.

Fere eadem differentia existit in dialecto Indorum Sgoiëlpi, Okinakein, et St làkan: sed natio Cœurs d'alène præter verba non pauca prorsus primitiva et iis tantum propria, sic:

pipe, *pater,* pro l'èu.
nûne, *mater,* pro skoí.
ungulm, *terra,* pro stoligu, etc.

Habent etiam quatuor consonantes, quibus quantum noverim, aliæ omnes nationes indorum in toto Oregone carent, sc. *b, d, g, r:* quarum *g* triplicem habet sonum, *g* italicum, germanicum, et hispanicum, et ultima est sensibilıter dura more romano, ut: aldaran, *sol;* startarim. *tonitru,* etc.

Insuper orthographia etiam in eo differt a reliquis, quod communiter utantur consonantibus *ch* loco consonantis *k,* ita ut consonantes *ch* sunt veluti dominantes in hoc dialecto. Pronomen etiam possessivum 1æ et 2æ personæ differt a Selicis, et est n, *meus;* in, *tuus,* etc.

Sunt etiam aliæ variationes non leves, sed qui in hac tribu degunt Missionnarii poterunt melius et accuratius quàm ego ejus variationes animadvertere et describere.

ORATIO DOMINICALIS.

CUM VERSIONE LITTERALI, ANALYSI ET RELATIONIBUS AD REGULAS DATAS.

Kae l'eu, l's'chichmàskat u ku [1]l'zii, asku èst kuks [2]gamènchltm;
Noster Pater, in cœlo qui habitas, tuum nomen tibi sanctur;

ku kl [3]chèltich s esià sp'us; [4]asxutèls ks [5]kòlli iè l stóligu:
tu esto dominus omnium cordium; tua voluntas fiat hic in terra,

ezgail l's'chichmàskat. Kae guizlilt iè tlgoa lu kaesiapzínm.
sicut in cœlo. Nobis dona hodie quod indigemus.

[6]Kaelkolgoèllilt lu kae [7]gulguílt, ezgail lu tkaempilè kaes kolgoellim,
Nobis remitte nostra debita, sicut nos dimittimus (iis)

lu e épl gulguilt l kaempilè kae olkschlilit ta ka [8]keskuèstm lu
qui habent debita cum nobis nos adjuva ne unquam accipiamus

tèie; u kae [9]gulguillilt lu tel teiè. Komi ezgail.
malum; sed nos serva incolumes a malo. Utinam ita.

---

[1] Adverbium lzi, *ibi*, verbificatum; ad litt. *tu qui es là dans le ciel.* Part II., cap. 8.

[2] Person. 3a indeterminata subjunctivi verbi iesgamenchm in sensu relativo mixto. Part III., cap. 6, § 4, et Part I., cap. 6, § 9.

[3] Chelticli, *dominus, maître*, substantivum verbificatum in sensu possessivo addita *s* in fine pro pronomine possessivo relatè ad personam 3am. Part II., cap. 3, § 3.

[4] A sz ntèls, participium passivum pro substantivo sntèis, quod non est usitatum et est ad litt. quod a te volitum (si dici posset) est, fiat. Part II., cap. 6, § 1.

[5] Ks kolli, verbum passivæ significationis. Part I., cap. 6.

[6] Kaelkolgoèllilt, verbum iterativum et relativum mixtum, in imperativo simplici. Part I., cap. 6, § 2, et Part II., cap. 6, § 2.

[7] Gulguilt, ex verba tnesgulguilti, *vivo*, (quasi) quod vivit, tamquam si debita vivant quousque extinguantur seu solvantur.

[8] Tempus continuatum verbi ieskunèm, *accipio*.

[9] Verbum causativum definitum, ex intransitivo tnesgulguilti, *vivo*. Part I., cap. 6, § 11.